
Constitutiones Dioecesanæ Synodi ab Ill.mo & R.mo Dno D. Carolo Carafa Dei & Apostolicæ Sedis gratia Auersanæ Ecclesiæ Episcopo celebratæ IV Idus Iuny CIↃIↃCXIX



Olmuz In Morauia
Anno MDCXXI
Superiorum permissum



Carolus Carafa clarus Neapoli ortus natalibus, in Rom. Curia U. S. Refer. Cardinali Spinello datus et successor a Paulo V. 1616. Coloniae Apostolicus Nuncius sub Gregorio XV. fuit. Obiit 1644. = Ughell: Tom. 2. col: 495. 2ae edit. —

Scripsit iste eruditus Epus historiam cui titulus: Germania sacra restaurata in Appendice [illegible] Commentariae vocis [illegible] [illegible] Germaniae [illegible] pag: 30 —

In Synodo Aversana an: 1651 pag. 9. inter Archipresbyteros notatur Illmus et Rmus Dns Cardlis Carafa Epus [illegible] Archipresbyter [illegible] et pro eo Vicus Generalis [illegible] — [illegible] Carlo Carafa [illegible] altro [illegible] essendo [illegible] come dice l'Ughello [illegible] nel 1644.

CAROLVS
CARAFA

Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Auersanus Vniuerso Clero & Populo suo salutem.

EX quo tempore Dei Optimi Maximi misetatione, ac S. D. N. Domini Pauli Papæ Quinti benignitati Pastorale huius Auersanæ Ecclesiæ onus humeris nostris imponere visum fuit, nihil magis duximus pro animarum nobis creditarum, salute, Deo referenda, elaborandum, quam vt optimis institutis, & legibus vniuersi huius Cleri, & Populi mores, quantum Diuina suffragante gratia fieri posset, conformaremus. Hinc statim atquè in hac Cathedra consedimus, cunctam Diœcesim ipsimet perlustrauimus: nobisquè id munus obeuntibus nonnulla, præcipuè verò quæ ad Diuinum cultum pertinent, sacra in AEde nostra sese corrigenda obtulerunt. Quamobrem & Diœcesanam Synodum indiximus, &, Deo fauente, celebrauimus, in qua, quæ ad vniuersum gregem, in salutis viam dirigendum, opportuniora visa sunt, sanximus, eosquè præcipuè, qui in sortem Domini vocati sunt, Ecclesiastica disciplina sic instruximus, vt aliquem lucrum ipsi Domino, rationem de commissis talentis exposcenti, allaturos esse, confidamus, Atquè vt id commodius assequamur, ea, quæ in eadem Synodo sancita sunt, quæuè plerosq; dedecet ignorare, præsentibus scriptis promulgauimus, &, vt omnibus promptæ sint, typis etiam excudi curauimus. *Matth. 25.*

Itaquè

Ad Philipp. 4. Itaquè filij chariſſimi, & deſideratiſſimi (Apoſtolicis vtar verbis) gaudium, & corona noſtra, ſtate in Domino, & quæ pro communi veſtra ſalute tradita ſunt, libenter amplectimini, & diligenter obſeruate, quatenus propriæ vtilitati conſulentes, nos, qui curam veſtri gerimus, ſummo gaudio afficiatis, inquè gaudium Domini tandem ingredi nobiſcum mereamini. Valete.

SANCTISSIMÆ TRINITATIS

PATRIS, FILII, ET SPIRITVS SANCTI

Implorato auxilio, Deiparæque Virginis, & Sancti Pauli Apostoli patrocinio inuocato.

De Fide Catholica, & ipsius professione. Cap. I.

QVamquam Pastorali munere, quod præcipuè circa tuendam, & augendam Catholicam Fidem versatur,[a] magnoperè Diuina gratia, quà omnium subditorum nostrorum in eàdem Fide integritas, atquè erga Romanam Ecclesiam omnium matrem, lucet obedientia, leuati sumus, attamen vigilare nobis, alijsquè, quos in agro, Diuina manu sato, nostræquè custodiæ demandato, Dominus operarios constituit,[b] operæ prætium est, nè, dum somno corripimur, inimicus homo zizania audeat superserere.[c]

a *c. qui Episcopus vbi Turrecrem: 23. distinct. c. audire 25. distinct.*

b *c. inter cætera in fin. de offic. ordin.*

c *Math. 13.*

2 In primis ergo nos, & tota hæc synodus omnia, quæ à Sancta Matre Romana Catholica Ecclesia, & sacra Tridentina synodo constituta, & definita sunt, humiliter agnoscit, piè credit, & firmiter retinet, ac Sanctæ Apostolicæ Sedi, Sanctissimoquè Domino Nostro Pontifici Maximo Paulo Quinto veram spondet obedientiam, ac sinceram vouet fidem, atquè hæreticas prauitates vniuersas, omniaq; alia dogmata, quæ non docet, & tenet eadem Sancta Mater Ecclesia detestatur, & anathematizat.[d]

d *Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 2.*

3 Professionem fidei ab omnibus, Ecclesiastica beneficia obtinentibus, qui eam in alia Synodo non emiserint, in præsenti emittere, & iurare mandauimus, [e] omnesquè (Deo dante) paruerunt. Cæterum id etiam fieri in futuris Synodis constituimus; atquè qui in posterum de Dignitatibus, Canonicatibus, siuè Præbendis, & Curatis beneficijs prouisi fuerint, eandem fidei professionem intra bimestre à die prouisionis per se, si præsentes, vel per specialem procuratorem S. Cong. Conc. relat. super c. 12. de reformat. sess. 24. si absentes fuerint, coram nobis, vel Vicario nostro generali, nec non coram Capitulo, qui in gradu Canonicorum adscripti fuerint, iuxta eiusdem Tridentinæ Synodi sanctionem, [f] ac Pij Quarti Constitutionis [g] regulam emittere sub pænis in eisdem Constitutionibus decretis, omnino teneantur; Id etiam omnibus Doctoribus, & cuiuslibet facultatis, disciplinæ, & liberalium artium Magistris, & Professoribus, siuè publicè, siuè priuatim docentibus, ex alia eiusdem Pij Constitutione [h] incumbere, notum sit, & ad vnguem obseruari præcipimus: vt autem semper appareat, eisdem sacris sanctionibus paritum omnino fuisse, omnes, qui professionem huiusmodi emiserint, nomine, cognomine, patre, & patria designari, ac diem, mensem, annum, caussam, locum, & in cuius manibus professi fuerint, notari, & in Codicem, ei vsui destinatum, in Episcopali Archiuio perpetuò asseruandum, referri volumus, & mandamus.

e idem Conc. d. c. 2.

f sess. 24. de reform. c. 12.

g dat. Idem Nouembr. ann. 5. Incip. iniunctum nobis &c.

h dat. ead. die incip. in sacrosancta, &c.

4 Ac, nè humani generis hostis hæresi aliqua gregem, nobis commissum, inficiat, omnes in Domino monemus, vt ea, quæ in sanctæ Inquisitionis edicto statuta sunt, memoriæ commendent, & Parochi quotannis principio Aduentus Domini, & Quadragesimæ populo illud vulgari sermone referre, & ad ipsius obseruantiam cohortari

tenean-

teneantur, euigilentquè præterea Confessarij, sedulo à pænitentibus percunctantes, an aliquid habeant ex eodem edicto detegendum, nec prius absoluentes, quam Sancto Officio satisfecerint, quo casu pænitentium partes erunt, ad nos, vel Vicarium nostrum generalem, quæ denuncianda erunt, deferre: Quod vt facilius obseruetur, Confessarij eiusdem edicti compendium penes se habeant ad rudium commoditatem, & aliorum oneris subleuationem.

De Sacra Scriptura, & Theologica lectione. Cap. II.

Canonicus, qui Præbendam Theologalem in Cathedrali nostra Ecclesia obtinet, iuxta Tridentinæ Synodi statuta [a] qualibet hebdomada sacræ scripturæ libros diebus, & horis, à nobis statuendis, in nostra Cathedrali Ecclesia interpretabitur, quandoqu verò ad casus conscientiæ explicandos, suum, nostro iussu, munus conuertet. [a] *sess. 5. cap. 1.*

2 Parochi quicunquè, qui nequè Theologica, nequè Canonica facultate sunt insigniti, nec non Clerici in sacris ordinibus constituti, in Vrbe degentes, audiendis huiusmodi lectionibus sub pœna arbitratu nostro (nisi nostra, vel nostri Vicarij generalis licentia, gratis danda, aut aliqua necessaria, & repentina causa, quæ nobis, vel Vicario nostro constare debeat, ipsos excuset) infligenda, omninò intersint. [b]

3 Sacerdotes etiam, qui Vrbem incolunt, siuè seculares, siuè Regulares ad Confessiones audiendas admissi, siuè qui in posterum admittentur, interuenire debeant, si alioquin hi quidem indigni censebuntur, vt in posterum ad id

[b] *arg. c. pen. de Magistr. & sentit. Concil. Trid. vbi supra.*

[c] *d. c. pen. ibi Sacerdotibus, & alijs &c. & facit §. vlt. cum c. seq. 37. destinct.*

admittantur, illi verò præterea extraordinariam etiam correctionem non euadent.

4 Intereſſe quoq; eiſdem lectionibus omnes Clericos, minoribus ordinibus initiatos Vrbis incolas (præter eos, qui Grammaticæ ſtudent)mandamus, [d] qui neq; ad maiores ordines admittentur, niſi ipſius Theologi fidem ſui frequentes fuiſſe auditores, iuramento vallatam exhibuerint. [e]

d *ad d. c. pen.*

e *ad Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. c. 11. & 13.*

De Prædicatione verbi Dei. Cap. III.

CVm iuxta Euangelica documenta, [a] & Eccleſiaſticas Sanctiones, [b] Prædicatio verbi Dei animæ alimentum neceſſarium ſit, atq; ijs, quibus animarum cura commiſſa eſt, neceſſariò incubat [c] nos eidem muneri exequendo minus forſan idonei, per alios idoneos miniſtros id exhiberi conſtituimus. [d]

2 Ideo in noſtra Cathedrali Eccleſia volumus, Dei verbum ſingulis diebus Quadrageſimalibus, & intra annum ſaltem Dominicis annunciari, in Dioceſi verò laudabilem ſingulorum locorum conſuetudinem, quoad concionandi frequentiam, ſeruari, ſed & in melius reformari, quantum in Domino poſſumus, hortamur. [e]

3 Parochi, in quorum Eccleſijs Quadrageſimali tempore non ſolet Concionator conſtitui, ſuas oues alia vicina Diuini verbi paſcua in locis, vbi conciones habentur adire ſuadeant, [f] reliquo autem anni tempore ea per ſe ipſos ſingulis Dominicis diebus præbeant, [g] aliàs ſeueriores nos vindices experientur.

4 Concionatores doceant in primis, quæ cunctos ad animarum ſalutem ſcire opus eſt, [h] tum quæ vitia vitanda, quæuè virtutes ſectandæ ſint, tum præcipuè Symboli

a *Matth. & Luc. 4.*
b *c. inter cætera de offic. ord.*
c *Conc. Trid. ſeſſ. 5. de reform. c. 2. & ſeſſ. 24. de form. c. 4.*
d *ad. d. c. inter cætera, & Conc. Trid. vbi ſupra.*

e *ad Conc. Trid. d. c. 4.*

f *Conc. Trid. d. c. 4. verſ. moneat, &c.*
g *Idem Conc. d. c. 4. & d. c. 2.*

h *Idem Concil. vbi ſupra.*

Apostolici, Orationis Dominicæ, Præceptorum Decalogi, & Ecclesiæ Sacramentorum, Pænitentiæ potissimum, & Eucharistiæ satagant inter dicendum explicationibus incumbere, [i] Populumq; accurato studio cohortentur, vt Ecclesiam frequentet, ac sæpius, & religiosius huiusmodi Sacramentis percipiendis assuescat. Quæstiones [K] haud vtiles, & ad ostentationem potius, quàm ad ædificationem pertinentes, euitent; caueant etiam rationes, quibus hæretici nituntur imprudenter attingere, abstineant à verbis ambiguis, nec referant miracula, & historias ab Ecclesia non probatas: Vehementer autem inueantur in vitia, peccantes redarguant, ac deniq; in onere, sibi iniuncto, ita versentur, vt populus ad pietatem, religionem, charitatem, cæterasq; virtutes assequendas, & conseruandas, at contra errores coercendos, & extirpandos vi Sancti Spiritus, ore ipsorum effusa, [l] protrahatur.

5 Concionatoribus, nè Indulgentias, etiam aliàs publicatas, sine licentia nostra, vel Vicarij nostri in scriptis concedenda, promulgent, neuè pauperes (nobis, vel eodem Vicario nostro haud annuente) commendent, omnino interdicimus [m] Vt autem fidelis populus debitum fructum ex Apostolicis largitionibus percipiat, ab ipsis, cum Indulgentias huiusmodi annunciauerint, aliqua de ipsarum virtute, deq; regula, ad eas sumendas præscripta, verba fieri, vehementer optamus.

6 Verbum Diuinum nemo prædicare debet, nisi mittatur; [n] Quare nemo siue Secularis, siue Regularis Sacerdos, præter Parochum in propria Ecclesia munus hoc prædicandis sine facultate nostra assumat. [o]

7 Nullus Regularis ad concionandum admittetur, nisi sui Superioris facultatem nobis exhibuerit, & præuio examine,

i *ad idem Conc. sess. 24 de refor. c. 4. arg. c. sedulo 38. dist.*

K *c. 1. & §. fin. 43. dist Trid. Conc. sess. 25. decret. de Purgatorio Const. Leon. x. in Conc. Lateran. dat. 14 Kal. Ianua. 1516. incip. superna Maiestatis, &c.*

l *S. Bernard. serm. 18. super Cantic.*

m *Clem. abusionibus de pænit. & remiss. Concil. Trid. sess. 21. de reform. c. 9.*

n *Apost. ad Roman. x. c. cum ex iniuncto de hæreticis.*

o *Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 4.*

p *c. excommunicamus §. quia verò de hæret. Conc. Trid. ead. sess. 5. c. 2. vers. Regulares.*

mine,

mine, à deputandis à nobis faciendo, licentiam à nobis ſcriptam obtinuerit. [p]

8 Conciones omnes etiam de Dominica Paſſione nocturnas prohibemus. [q]

9 Eleemoſynas, pauperum nomine collectas, Prædicatores ſibi vendicantes, ſeù quoquomodo in controuerſiam reuocantes, priuationi munere prædicandi in noſtra Dioceſi volumus ſubiacere [r].

10 Curam eligendi eos, qui verbum Dei populis miniſtrent à iure (niſi ſecus legitima cõſuetudine præſcriptum ſit) paſtoribus tributam [ſ] Vniuerſitates, & Seculares Magiſtratus nullo modo ſibi vendicent.

11 Concionatores munus hoc non aggrediantur prius, quàm coram nobis, ſibi Paſtoralem benedictionem præbituris, ſeſe ſiſtant, [t] quos, quantum fieri poterit, de ſpiritualibus populi morbis, quò medicinam adhibere valeant opportunam, certiores faciemus.

12 Parochi neminem in ſuis Eccleſijs ad concionandum quouis tempore, ſiue ſecularem, ſiue regularem, qui legitimam à nobis, vel Vicario noſtro conceſſam facultatem non exhibuerit, ſub pœnis arbitrio noſtro infligendis, admitrant. [u]

13 Vnuſquiſquè prædicationis munere (ſacro præcipuè Quadrageſimali tempore) perfunctus, ad nos reuertatur, omnia, quæ pro illius populi, cui Diuinum Verbum ſeminauerit, ſalute animaduerterit, ac prouidenda cenſuerit, ſignificaturus, tuncquè Parochi loci illius, vbi concionatus fuerit, litteras deferat, quæ de vita, & moribus ſuis, ac de animarum vtilitate, ſuis concionibus comparata, teſtentur, aliàs eum tanto munere, in poſterum in Dioceſi noſtra obeundo, indignum reputabimus.

q *arg. c. 2. vbi Turrecrem. de conſ. diſt. 3.*

r *c. Gloria Epiſcopi. verſ. amico 12. q. 2. arg. c. ſacrilegium, &c. attendendum 17. q. 4.*

ſ *d. c. cum ex iniuncto, vbi Doct. de hæret. Conc. Trid. ead. ead. ſeſſ. 24. c. 4. quod, & declarauit S. Cong. Illuſtr. Dom. Interpretum.*

t *Idem Concil d. c. 2 ſeſſ. 5. verſ. Regulares, &c.*

u *d. c. excomunicamus, & Conc. Trid. vbi ſupra, & Conſt. Leon. x. ſupra alleg.*

De Doctrina Christiana. Cap. IV.

CVm Deo gratissimum sit, animarumquè saluti valdè proficuum, pueros, & imperitos erudiri; idcircò omnibus, curam animarum habentibus, præcipimus, vt omni studio Confraternitates Doctrinæ Christianæ in eorum Ecclesijs, vbi hactenus fundatæ non sunt, intra quadrimestre post præsentis Constitutionis promulgationem instituit curent, ac populis, quò promptiores ad hoc pium opus exequendum reddantur, Apostolicas Indulgentias, [a] eiusmodi Confraternitatibus concessas, quotannis semel, atquè iterum inter Missarum solemnia patefaciant.

[a] Pij V. Const. dat. 6. Octobr. ann. 6. incip. ex debito Pastoralis, &c Et alia Gregor. xiij. dat. 21. April. an. 1. incip. illius, qui, &c.

2 Parochi sub festos dies Paschales singulis annis duos Indices, alterum puerorum, puellarum, alterum, quadriennio maiorum conficiant, illosquè Vrbani quidem ad templum, quod pro scholà opportunè destinatum est, deferant, Diocesani verò semper in Ecclesia sua habeant, & singulis diebus Dominicis ipsi Doctrinæ Christianæ exponendæ intersint, [b] singuliuè suos Parochianos edocendos lustrent, &, si, quempiam abesse, intellexerint, blandis verbis inuitent, eiusq; parentes, ac ludimagistros faciant certiores, quos si incorrigendo nimis, quàm par sit, indulgentes cognouerint, id ad nos, opportuniora adhibituros remedia, deferant. [c]

[b] c. 3. de vit. & honest. Cler.

[c] Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 4. in fin.

3 Omnes Clerici tùm Vrbani, tum Diœcesani, minoribus ordinibus insigniti, scholis doctrinæ Christianæ, quibus fuerint assignati, semper cum pueri docentur, intersint, atq; in eis disciplinà & pietate proficere studeant, alioquin pœnis, arbitrio nostro statuendis, afficientur, nec ad superiores ordines promouebuntur. [d]

[d] ad Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 11. & 13.

4 Parochi Diœcesani singulis diebus Dominicis (Pal-

ma-

marum; Paschatis, & Pentecostes exceptis) atquè alijs solemnioribus festis suos Parochianos instruant, dato signo campanę à prandio ante Vesperas per horam docentes: [e] siquis autem huius decreti transgressor fuerit, duobus ducatis mulctabitur.

e idem Conc. sess. 5. de reform. c. 2. & sess. 24. de refor. c. 4.

5 Nè adulti seniòq; confecti ea, quę suę saluti necessaria sunt, ediscere ob pudorem omittant, volumus, Parochos omnes in eorum Ecclesijs diebus Dominicis inter Missarum solemnia clarà voce orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Fidei, Decalogi, & Ecclesię pręcepta (etiam materna lingua, si fideles admodum rudes fuerint, vt concinnè latinà lingua discere nequeant) pronunciantes, doceant; [f] eosq; de Sanctissimę Trinitatis Mysterio, quatenus scilicet Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sint vnus Deus, tribus personis distinctus, deq; Verbi Incarnati Sacramento, quatenus cuiq; Christiano scire ad salutem necessarium est, [g] accurant instruatè.

f Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 7 d. c. 3. de vit. & hon. Cler.

g S. Thom. 2. 2. q. 2. art. 7. & 8.

6 Neminem etiam inter Fratres piarum Sodalitatum, in Diœcesi nostrà erectarum, adscribi volumus qui fidei rudimenta ignoret. [h]

h arg. c. miserum 61. dist.

De veneratione Sanctorum, & Sacris Imaginibus. Cap. V.

SAnctos, in Cœlis cum Christo regnantes, inuocare, & Sacras Imagines venerari, quàm pium, & fidelibus proficuum sit, omnia Patrum monimenta, & generalium Conciliorum decreta testantur; [a] Quare omnes, curæ animarum adscripti, populos de hac re sœpissimè moneant, atquè honorem, Sanctis exhibendum, eisq; supplices effundendas preces, quibus facilius ad diuina beneficia

a c. prolatum, & seq. de consec. dist. 3. Conc. Trid. sess. 25. decr. de Inuoc. & vener. Sanct.

neficia promerenda digni reddantur, libenter instruant: Sacris autem Imaginibus nullum numen inesse, ac venerationem non ipsi materiei, & speciei, quæ obijcitur, habendam, sed cultum ad prototypa referendũ, [b] rudes, atquè imperitos præcipuè ne eos fallat opinio, summo studio erudiant.

b Conc. Trid. vbi supra, & Cathec. par. 3. c. 1. vers. 18. neq; eorum.

2. Sacræ Imagines inusitatæ, vel sacrarum litterarum veritati, & Ecclesiasticis traditionibus, pietatiquè Catholicæ, & Christianæ honestati contrariæ, aut ridiculi, profani, falsi, superstitiosiuè, siuè obsceni, vel turpis quid piam habentes, aut miraculum ab Ecclesia non probatum referentes, nè pingãtur omnino, sculpanturuè; [c] alias pœna pergraui tum Artifices, tum ponentes plectentur.

c Idem Conc. d. decret. vers. hac vt fidelibus, &c.

3. Cruces, ipsarumquè, ac Sanctorum, aut Calicum cum hostia Imagines, typum gerentes, in pauimentis, seù vijs, quò pedibus calcari possint, vel sordido in loco, siue minus honesto minimè statuantur, pinganturuè, [d] si quæ verò positæ aut pictæ in huiusmodi locis sunt, ij, ad quos spectat, intra mensem omninò amoueant, deleantquè, alioquin mulctam sex ducatorum ferent.

d l. vn. C. nemini licet. signum saluat.

4. Profanæ, siuè Virorum, siuè mulierum imagines in Templis ornatus gratia, tametsi breui amouendæ, non obijciantur, [e] nec piæ palam exponantur prius, quàm iuxtà Ecclesiasticum ritum fuerint statutis Cæremonijs, & precibus benedictæ.

e Conc. Trid. d. decreto.

5. Pias Imagines in locis, siue sacris, siue profanis depictas ob nimiam vetustatem, vel quamlibet aliam caussam abrasas, vel deformatas, ij, quorum interest, trimestri interuallo (nisi pœnis subijci volunt) arbitrio nostro decernendis) instaurent. [f]

f arg. c. 1. & c. de his de Eccl. ædif. & Conc. prædictum sess. 21. de refor. c. 7.

6. Parochorum erit obseruare, vt à fidelibus sibi commissis, sanctæ Imagines honestis, & congruentibus in lo-

cis collocentur, obscenæ autem, aut ad prauitatem allicientes, siue falsorum Deorum, hominumquè improborum speciem offerentes, remoueantur.

De Sacris Reliquijs. Cap. VI.

SAcras Reliquias Sanctorum, qui viuentes in carne, membra fuerunt Christi, & Templum Spiritus Sancti, tanquam pignora in terris relicta, quibus ad futuram resurrectionem expectandam, sempiternamquè vitam, cum sanctis ipsis obtinendam, spem erigamus, maximo in honore habendas esse, [a] populus à Curatis sæpè erudiendus, & commonendus erit.

2 Reliquijs asseruandis locus in sacris Templis, nec alibi, tutus, congruens, & vndiquè benè septus, ac decenter ornatus erit eligendus, eæquè decoris vasculis, panno serico, coloribus ordinem cuiuslibet sancti concinnè exprimente, inuolutæ recludantur. [b] Cum autem populo ostendi contigerit, id à Præsbytero duntaxat, aut certè Diacono, superpelliceo, & stola induto, [c] ac pluribus luminaribus adhibitis, præstetur: Nequaquam autem ita pateant, vt à venerantibus, ac deosculantibus vllo modo tangi possint. [d]

3 Videndæ, colendæuè non proponantur præterquam diebus Natiuitatis Domini, Paschatis, ac Pentecostes, ac festis Sanctorum, quorum sunt Reliquiæ, aut cum nos aliqua de causa ostendendas probabimus.

4 Natali die Sancti, cuius sunt in quapiam Ecclesia conditæ Reliquiæ, locus, vbi eæ asseruantur, decenti apparatu, & pluribus luminaribus conspicuus, sit: siquidem autem corpus integrum, aut ipsius magna pars, vel certè insignis

a S. Thom. 3. parte q. 25. art. 4. Conc. Trid. sess. 25. de veneras. & inuoc. Sāct. vers. sanctorū quoq;

b arg. c. 2. de cust. Euchar. & c. sane de celeb. miss.

c arg. c. non oportet. 23. dist.

d arg. c. in sancta, & seq. de consecr. distinct. 1. & c. sacratas cum seq. distinct. 23.

insignis particula alicuius Sancti recondatur, tunc is dies illi Sancto in eadem Ecclesia festiuus habeatur, & Diuinum officium sub duplici ritu celebretur, sacrumq; solennius fiat.

5 Sacris Reliquijs, super Ara expositis, duo saltem Clerici super pelliceo induti assistant, tuncq; omnis quæstus absit. [e]

6 Reliquias è sacrario, vbi custodiuntur, amoueri, alioue transferri sine nostra licentia, penitus inhibemus; [f] sigillatim autem penes se deuotionis causa deferentibus illud notum esse, volumus, se magis ad innocentiam, & virtutes Sanctorum illorum, in quorum sunt clientela, sectandas obligari, siquidem autem, ob humanitatis illecebras id assequi posse, desperant, sibi proponant, plus honoris Sanctis exhibituros, sibiq; magis profuturos, si ab eorum Reliquijs deferendis abstineant, quando, si (quod absit) sese peccatorum sordibus inquinauerint, & Sanctos ipsos contumelia afficient, & se ipsos, ne dum Sanctorum patrocinio indignos reddent, sed & grauioris culpæ reos efficient.

7 Decretis Tridentinæ Synodi [g] in hærentes, omnibus, & singulis Ecclesiarum Rectoribus, nè in eorum Ecclesijs, quantumuis exemptis, nouas Reliquias, à nobis, siue alio quopiam de mandato nostro prius non examinatas, & approbatas, publicare, aut colendas proponere audeant, penitus interdicimus, contra huius nostri decreti violatores, pæna duarum vnciarum auri, & alia arbitrio nostro statuenda, animaduersuri.

8 Reliquiæ nequaquam condantur in sacrario, vbi Sanctissima Eucharistia, vel sacri olei seruantur, [h] sed insigniores proprijs thecis, minores, verò singula capsula

e c. vlt. de reliq. & vener. sanct. Conc. Trid. eod. decr. vers. omnis porro.

f c. corpora de cons. dist. 1.

g Idem Conc. alleg. decret. vers. hac ve fidelibus.

h ad d. c. sane, de celebr. miss.

binæ, aut ternę, pluresue, minutę autem, notatis singularum nominibus decentibus armariolis, incertæ etiam decenti loco, à certis tamen, & approbatis segregatę, statuantur.

9 Rectores Ecclesiarum, vel sacrarum Reliquiarum custodes, Reliquias ipsas, vel earum particulas, etiam minimas, è locis, vbi conditę sunt, amouentes, & alteri cui piam, siuè etiam Ecclesiæ donantes (præter alias pœnas arbitratu nostro irrogandas) excommunicationi ipso facto subiaceant, [i] quà molto magis eas surripientes, aut vendentes innodamus; quos etiam seuerius ob sacrilegij ac simoniæ culpam [k] puniemus.

10 Cæterum nę quia fraus, aut error circa sacras Reliquias committatur, decernimus, vt singulæ, in Ciuitate, & Diœcesi nostra existentes, recognoscantur, ac distinctè describantur, ipsarumq; index ad nos infra bimestre deferatur, [l] quæ quidem sic examinatæ, & notatæ, in Codicem, in nostro Archiuio perpetuò custodiendum, referantur.

i *d. c. corpora de cons. dist. 1. cap. vlt. de reliq. & vener. sanct.*

k *Turrecrem. in d. c. corpora nu. 3. & glos. in d. c. fin. in ver. venales de reliq. & ven. sanct.*

l *ad c. 1. & 2. eod. tit. & Conc. Trid. alleg. decret. de Inuoc. & vener. sanct. propè fin.*

De Miraculis. Cap. VII.

CVm aliquando rumor de nouis miraculis in imperita plebe exortus, aut auaritiæ, vel superstitionis gratia à quopiam sine auctoritate Ecclesiæ excitatus destructionis potius, quàm constructionis Christiani ædificij occasionē sepe subesse, experientia compertum sit, [a] Sanctorum Patrum regulas sectantes, decernimus, neminem recensere, aut recenseri permittere, aut admittere noua miracula, à nobis prius non recognita, & approbata; quę nec approbauimus, nisi de consilio peritorum, ac piorum homi-

a *c. 1. de reliq. & vener. sanct. c. si quis dixerit cum duobus seqq. 11. q. 3.*

hominum, & si quid dubitationis in ijs examinandis occurret, ad sedem Apostolicam referemus. [b]

2 Itaq; cum casus huiusmodi euenerit, Parochis, & alijs Ecclesiarũ Rectoribus, ad quos pertinet, mandamus, [c] vt de caussa, vnde miraculi existimatio orta fuerit, sigillatim nos quamprimum faciant certiores, & interim imaginem, miraculo insignem habitam, cooperiant, ac, si in Ecclesia sit, eaq; amoueri possit, amoueant, si verò amoueri nequeat, Ecclesiam ipsam clausam teneant, nec aras eidem Imagini erigant, oblationesuè accipiant, aut candelas accendant, vel votiuas tabellas appendi sinãt, quousq; nobis, veritate miraculi legitimè comprobata, secus decernendum videatur: huius aũt nostræ legis transgressores grauioribus pœnis, arbitrio nostro declarãdis, afficientur.

b Concil. Trid. sess. 15. decret. de vener. sanct. in fin.

c ad præscriptum d. decreti.

De Pijs Actionibus. Cap. VIII.

NE quando ea, quibus Christianorum vita instruenda est, nullo modo contemni, aut certè vilescere contingat, statuimus, Sanctorum gesta vel Martyria, aut Dominicam passionem Comico, vel Tragico rithmu, & scenico apparatu, siuè sacro, siuè profano in loco, siuè intus in Monialium septis absq; nostra, vel generalis nostri Vicarij facultate minimè agi; quod si secus perpetratum fuerit, impudentiam huiusmodi, seuerè iuxta facti, & personarum qualitatem inultam, non relinquemus.

Ad c. cum decorem de vit. & honest. cler. l. mima C. de episc. audient. & S. fin. authen. de sanctiss. Episc.

De obseruatione Ieiuniorum. Cap. IX.

SAcram Ieiuniorum obseruationem ab ineunte Ecclesia Sanctis Apostolis auctoribus institutam, ac Sa-

cro-

crorum Canonum decretis, roboratam, & ab vniuersis Christifidelibus consequutione firmatam, hic Dominicus grex libenter amplectatur, & fideliter custodiat, quippè quia nihil salubrius, quod carnis fragilitati, atq; cupiditatum illecebris medeatur, sacræ scripturæ auctoritate, ac Sanctorum Patrum testimonio comprobatum est; [a] Cum autem nec sola corporis afflictatione, Ieiunium diuino Numini gratum sanctificetur, nisi ab iniquitatibus, & illicitis seculi voluptatibus abstinentia consequatur, [b] omnes in Domino obtestamur, vt eo potissimum tempore, quo sacras huiusmodi obseruationes, ab Ecclesia indictas, celebrant, sese à vitijs, & carnis labe immunes conseruent.

2 Præcipuum autem Ieiunium est Quadragesimale, quo & decimam temporis Deo persoluimus, & mysticum numerum quadraginta dierum à priscis Patribus, ipsoquè Domino Nostro Iesu Christo ieiunio consecratum, implemus, [c] huic propiora sunt ea, quæ quarta, sextaq; feria, & sabbatho singulis quatuor anni temporibus, ac diebus vigiliarum, qui festis solemnioribus, ab Ecclesia statutis, præcedunt, colimus, [d] quibus & culpas, totius anni curriculo admissas, expiamus, [e] ac Beatorum meritis, quibus nosmet ipsos castigatione parantes obsequimur, [f] dignos reddimur. Itaque vt ea, sicut pars est, iuxta Ecclesiæ præceptum omnino à fidelibus obseruentur, Parochi Dominico die præcedenti inter Missarum solemnia dies, ieiunio statutos, populo annucient, [g] ac vigilias diei festi Sancti Titularis suæ Parochialis Ecclesiæ, (si tamen sub præcepto is dies non sit) Ieiunio celebrari, pijs cohortationibus efficiant. [h]

3 Sacrorum Canonum placita, [i] & communem Ecclesiæ

a S. Thom. 2. secunda q. 147. art. 1. in corp.

b c. quid prodest 86. dist. c. ieiunium. & c. nihil enim de cons. dist. 5.

c c. Quadragesima ead. dist.

d c. statuimus cum trib. seqq. 76. dist. Abb. in rubr. de obseruat. Ieiun.

e c. huius obseruantia vbi Turrecram. 76. dist.

f S. Bernad serm. in vigil. Apost. Petr. & Paul. Turrecrem. in cap. 2. de cons. dist. 3.

g c. 1. dist. ead.

h arg. cap. vtinam. 76. dist.

i c. 1. dist. 4.

+ consuetudo vim legis habet: dist. xi. Can. XII. In his.

clesiæ consuetudinem sectantes, diebus Ieiuniorum, nedum à Carnibus, sed etiam ab ouis, caseo, lacte, butyro, & similibus, à carnibus originem ducentibus, abstinendum, ac cibum semel duntaxat singulo quoque die circa meridiem sumendum esse, [k] declaramus.

videatur alius Ruesana 1597. pag: 32

k solent. de consid. st. 1.

4 Quadragesimali tempore prohibita esculenta, etiam pro ægrorum vsu, prẹterquam in locis remotis, ad id constitutis, ac licentia, prius à nostro Vicario generali in scriptis obtenta, ne veneant: licentia autem huiusmodi non concedatur nisi necessitatis caussa à medico & Parocho, vel (si medici votum facile non suppetat) à Parocho tantum fuerit comprobata. Cum autem ad vsum Infantium, ac puerperarum, atque aliqua repentina ingruente necessitate coëmenda sunt, facultas huiusmodi non exigatur, sed Parochi tantum, cuius conscientiam oneramus, testimonium sufficiat. [l]

Videatur in fine nomen missae.

l trad. Host. & DD. in c. 2. de obser. ieiun. & Sanct. Thom. 2. 2. qu. 147. art. 4. in corp. & ad 4. & ibi Caiet.

5 Libris quindecim cerẹ candidæ laboratẹ sacris templis, prout nobis videbitur, donandis, mulctentur, qui vetitos cibos Ieiuniorum tempore palam parauerint, ac sine legitima facultate emerint, vendiderintuè. [m]

m arg. cap. illa 12. dist. in fin.

6 Nemo, præter quam infirma valetudine laborans, aut cui fortè ætas, necessitasuè, vt sæpius reficiatur, det veniam, ab obseruando Ieiunio excusetur: Is tamen, qui excusationem habere credit, (ne corpori studens, laqueum animæ paret) moneatur, vt Medicum in Iudicem suẹ excusationis adhibeat. [n]

n Syluest. in summ. verb. Ieiunium nu. 20.

De obseruatione dierum Festorum. Cap. X.

Cultum, & venerationem, quam Deo, adstringimur, exhibere, non tantum in secreto mentis affectu,

cuius

cuius ipse est scrutator, nobis retinendam, sed & actibus exterioribus præstandam, sacrarum paginarum admonent preconia, & Sanctæ Matris Ecclesię placita sanxerunt; [a] hinc septimus dies (in cuius locum nobis Dominicus, [b] in quo humana salus à Saluatore nostro Christo Iesu consummata est, successit) & alij etiam ab ipsa Sancta Matre Ecclesia ob nostrę fidei mysteriorum celebritatem, ac supernę Patrię Ciuium memoriam statuti, [c] sunt quieti hominum destinati, quò seculi curis, & occupationibus expediti, facilius ad Cœlestia contemplanda, sanctaq; veneranda, & laudes Deo pendendas attrahamur. [d]

2 Quare tunc dies festos sanctificamus, cum nos voluptatibus ipsos subtrahentes, & sine noxa (lethali præcipuè) seruantes, Christiana officia strenuè obimus, gratias Deo ob collata in nos beneficia agimus, proximis misericordiæ opera impendimus, ac deniq; nosmetipsos Deo interius, exteriusq; dicamus. [e] Conuenit autem ijs diebus potissimum sacra Templa inuisere, Ecclesiasticis laudibus vacare, [f] & diuinum verbum audire, præcipuè verò ex præcepto Ecclesiæ sacro Missæ sacrificio attentè interresse omninò necesse est, [g] de quibus Dominicum gregem ab ijs, quibus ipsius cura commissa est, studiosius instrui, mandamus.

3 Cum autem (sicut non sine graui animi nostri perturbatione accepimus) puellæ nubiles huius Ciuitatis, & Diœcesis festis diebus ad sacra Templa, vt præcepto huiusmodi satisfaciant, minimè accedant, huic tanto malo pro nostra pastorali solicitudine, quantum cum Domino possumus, occurrere volentes, omnibus, curæ animarum addictis, mandamus, vt publicis, & priuatis cohortationibus adhunc abusum, omnino de medio tollendum,

a *S. Thom. 2. secunde q. 122. art. 4. in corp.*

b *c. licet de fer. San. & Thom. d. art. 4. ad quartum.*

c *Turrecrem. in cap. 1. nu. 9. de cons. dist. 3.*

d *c. ieiunia in fin. de cons. dist. ead.*

e *S. Thom. d. art. 4. ad tertium.*

f *d. c. ieiunia.*

g *c. missas de cons. dist. 1.*

dum, suos subditos obtestentur. Quod si semel, & iterum monitos, qui puellarum huiusmodi curam quoquomodo gerunt, contumaces repererint, absolutionis beneficium (si id sibi in foro pœnitentiali constiterit, quod & cæteris Confessarijs interdiximus) minimè impertiantur, ac, si contumacia huiusmodi etiam populo sit conspicua, inobedientes ipsos ad nos, seuerius contra eos etiam excõmunicationis gladio animaduersuros, [h] deferant, nec puellas ad matrimonia contrahenda absq; nostra speciali facultate admittant.

4 Parochi, nè fideles à diuino cultu distrahantur, populum sibi creditum admoneant, vt diebus Deo dicatis spectacula & ludos non exhibeant, à chorejs & commessationibus abstineant, oblocutiones & scurrilitates euitent, cantiunculas & modulationes abhorreant, nullumuè negotiorũ genus, preterquã vrgente necessitate, tractent. [i]

5 Nundinæ & mercatus diebus festis à Ciuitate & Diœcesi nostra omninò exulent, [k] quæuè in hosce dies inciderint, antecedenti die celebrentur.

6 Ciuilium Iudiciorum strepitus, tum in nostro, tum in sæculari foro penitus sileat, [l] tabellionesq;, se ad quoscunque contractus (præter eos, qui nominatim à Iure permissi sunt) [m] stipulandos rogari, minimè sinant, aliàs acta nulla fore, decernimus, atque inobedientes excommunicationis laqueo ipso facto innodamus.

7 Cum autem festorum dierum obseruatio potissimum cessatione à seruilibus operibus præstetur, [n] ab ijs præcipuo studio gregem nostrum abstinere volumus. Quare quilibet sibi proponat, edicta, desuper à nobis promulgata, à se esse inuiolatè obseruanda, pœnasq; & mulctas, in eis statutas, sine venia exigendas; quin etiam Parochis omnibus præcipimus, vt singulis annis Kalendis Iuanuarij

h arg. d. cap. missas & c. seq.

i c. qui die conf. dist.
1 c. 2. de cons dist.
3. l. vlt. C. de fer., Clem. 1. vbi glos. in verbi vigilijs de celebr. miss. Const. Pij v. dat. Kal. April. an. 1. incip. cum primum vers. cum verò dierum festorum.

k c. 1 de fer. d. Const. Pij V.

l c. fin. de fer. l. omnes, & l. fin. C. eod.

m enumerat glos. in d. c. fin. vbi Doct.

n c. licet de fer. S. Thom. alleg q. 122. art 4. ad 3.

C inter

inter Missarum solemnia populo (vt scilicet quatenus ad id teneatur, & pęnas transgressoribus indictas, quibus etiam subditos nostros affici volumus, ignorare nequeat) fel. record. Pij Papæ Quinti de Diuini cultus obseruatione Constitutionem [o] materna lingua pronuncient.

o supra allegatam.

8 Declarabuntq; festos dies (quoad vacationem ab operibus pertinet) à media nocte incipere, & sequentis media parte finiri. [p]

p l. more. C. de feri. glos. in cap. 2. verb. prius de fer.

9 Citharędi, ac fidicines diebus festis in foris & compitis, præsertim cum diuina officia celebrantur, vel Conciones verbi Dei habentur, aut publicæ supplicationes fiunt, pueriuè doctrina Christiana erudiuntur, fidibus cauentes; pulsantesuè eas, duobus ducatis mulctentur. [q]

q d.c.2 de cons. dist. 3. arg. d c. qui die ead. dist. 1.

10 Cibaria victui necessaria, & quæ recentia comeduntur, vt olera, lacticinia, poma, frugesq; huismodi vendi cōcedimus; [r] nequaquam autem in officinis venalia palam exponantur, sed vendentes, ostiolum officinæ patens habere, contenti sint, quod & aromatarijs, vt ægrorū necessitatibus præsto sint, indulgemus.

r d. c. licet, & c. fin. vbi plenè Doct. de fer. l. 3. C. eod. tit. c. peruenit, vbi Archid. & Turrecrem. de cons. dist. 30.

11 Opifices qui in officinis habitant, siue sibi per eas ad domicilium est aditus, alteram tantum ipsarum ostij partem apertam habeant, [s] aliàs, si vtramque patentem retineant, quamuis nihil vendant, vendentium pœnam ducati semisse, prout in edicto nostro constitutum est, subibunt.

s arg. c. illa. 12. dist.

12 Rustica etiam opera exerceri, prohibemus, nisi tanta vrgeat necessitas, vt diutius differri nequeant, [t] tuncq; edicti nostri, quod propterea edidimus, decreta seruētur.

t d. c. licet ad d. l. 3. cum simil.

13 In Vrbem etiam, & Oppida Diœcesis haud quicquā inuehi (pœna vnciæ auri indicta) inhibemus, [u] excipimus autem vecturas earum rerum, quæ recentia vendi solent, vel à vectoribus, qui aliunde iter habent, efferuntur

u allegata Const. Pij V. vers. qui verò in diebus.

tur, quos nihilominus, vt prius, quàm iter prosequantur, sacro intersint, etiam atq; etiam obtestamur. [x]

14 Opificibus quibuscunq; (sutoribus præcipuè, ac tonsoribus, qui facilius labuntur) suam artem exercentibus, pœnam in edicto nostro comminatam seuerius exequendam, & iuxta delicti, & delinquentium conditionem augendam, indicimus.

15 Parochus quilibet suum populum ad feriandum die festo Sancti, cuius titulo propria Ecclesia insignitur, (si is dies non fuerit iussu Catholicę Ecclesiæ obseruandus) inducere enixè curet. [y]

16 Diœcesanis Ciuibusq; frugum congregandorum gratia occupatis, ne dies festos Commemorationis Sancti Pauli, ac Visitationis Beatissimæ Virginis, aliàs statutos, extra Ciuitatem obseruare teneantur, (quòad reliqua verò decretis in suo robore permansuris) censuimus, indulgendum.

x *Archid. in d. cap. ieiunia de cons. dist. 3*

y *arg. c. vtinam. 76. dist.*

De Superstitionibus, Incantationibus, & artibus Magicis. Cap. XI.

QVoniam hactenus de Diuini cultus obseruantia verba fecimus, non ab re erit, ea, quibus potissimum honori, qui illi supernæ, & incomprehensibili maiestati, tum ipsius maiestatis numine, tum beneficiorum in humanum genus collatorum magnitudine, ac numero debetur, damnabiliter derogatur dilecto gregi nostro vitanda proponere.

2 Igitur potissimum cauendum est à quibuscunque superstitiosis inuocationibus, incantationibus, sortilegijs, alijsq; illicitis artibus, quæ per nefandas tum Dœmonũ, tum Diuini numinis (præter tamen eidem numini con-

gruentem, & ab Ecclesia probatum modum) imprecationes, & certas præter naturalem motum obseruationes componuntur; [a] quæ omnia Diabolicum inuentum esse, [b] constat, vt ipse per ea opus redemptionis, à Domino completum, destrueret, ac sibi Diuinum honorem vendicare, quemadmodum in Idololatria, cuius eæ artes species sunt, [c] consequebatur, in ipsius Diuinæ Maiestatis, humanæq; dignitatis odium conaretur.

3 Quocirca vigilent omnes, [d] quibus animarum cura commissa est, quiq; ad iudicandum in foro pœnitentiali constituti sunt, nequis huiusmodi error, etiam ex probabili causa, tolerabili simplicitate, & ad pellẽdos morbos, [e] diabolica versutia infideles, quoquomodo influat; &, si quem irrepsisse, cognouerint, pijs adhortationibus suadentes, seueris increpationibus arguentes, & grauium pœnarum; quę à Iure impositę sunt, [f] comminationibus deterrentes, amoueant. &, si opus fuerit, & casus, occasioq; patiatur, id ad nos, opportuniora adhibituros remedia, deferant.

a S. Thom. 2. 2. q. 96. art. 1. 2. & 4.
b c. qui sint 26 q. 1.
c c. sed & illud. 26. q. 1. & ead. caus. q. 5 in summa S. Thom. vbi supra q. 94. ar. 1.
d c. contra Idolorum & c. Episcopi. 26. q. 5.
e d c. qui sine c non liceat d. caus. q. 5. & c. 2 de sortil.
f l. nemo C. de malef. & mathem. c. 1. & 2. de sortil. c. 1. c. contra Idolorũ cum alijs pluribus 16 q. 5.

De Blasphemia. Cap. XII.

HIs proximum, omniumq; immanissimum scelus [a] est blasphemia, eam enim ob sui neqnitiam sacræ litterę [b] proprio nomine appellare perhorrescunt, atq; ob ipsius execrandam malitiam etiam in Diabolum maledictum pronunciari vetuerunt. [c] Quod si in eum, qui est maledictorum primogenitus, [d] nefas est, attentari, quantò in eum, qui solus bonus est, [e] repletq; omne animal benedictione, [f] atque in sanctos, qui de illius bonitate participant, maledicta proferre, execrabilius erit? in cuius quidem sceleris reos tùm Diuinæ, [g] tum humanæ leges

a S. Thom. 2. 2. q. 13. art. 3.
b 3. Reg. 21. & Iob. 2.
c Ecclesiast. 21. in fin. Iudæ 1. cir. med. c. si igitur. 24 q. 3.
d Genes. 3. Matth. 25. circa fin.
e Matth. 19. circ. med.
f Psalm. 144. vers. 16.
g Leuit. 24.

k leges supremum supplicium irrogarunt. Sed cum illæ i Euangelicæ libertatis beneficio, hæ k verò praua rerum humanarum conditione abrogatæ sint, Apostolicæ sanctiones, l nè criminis immanitas impunitate augeretur, disciplinam leui, ac materna coërtione restituere conatæ sunt, quę tamen no ludibrio sint; omnes in Domino obsecramus, vt, quantum in vnoquoque est, & cuiusque status, & conditio patitur, tantum malum è nostra Dioecesi eliminare studeant.

2 Idcirco Parochi principio aduentus, & Quadragesimæ Leonis Decimi, in Concilio Lateranensi editam, aliamq; Pij Quinti de Diuini cultus obseruatione (in ea parte, quæ de blasphemia loquûtur) Constitutiones, m quas omnino seruari volumus, materna lingua pronunciare, & pœnas in eis indictas, sine spe veniæ exequendas, intimare populo teneantur.

3 Ac parentes, qui filios, & famulos blasphemos habent Deo fideles sint, ipsorum curam gerentes, n ac, ne diuinę Maiestatis in se ipsos iram prouocent, eos seuerè, prout cuiq; congruens est, corripiant, &, si resipiscere noluerint, è domo, ne cũ ipsis pereant, o potius eijciant.

4 Cum autem satis compertum sit, scelus huiusmodi prçcipuè ex prohibitorum ludorum occasione perpetrari p Idcirco omnibus, siue Clericis, siue laicis alearum, & taxillorum ludos exercendi caussa conuentus, quos vulgo Baccanas, & Reductus appellant, siue in propria, siue in aliena domo, siue publicè siue priuatim fieri, omninò prohibemus, si verò (quod absit) propterea conuitia & maledicta in Deum, Beatam Virginem, aut Sanctos ab aliquo ex ludentibus pronunciari, contigerit, in eiusdem Conuentus auctorem pergrauibus pœnis q animaduertetur, nec ipse blasphemus ab in dictis vltionibus, tametsi in-

h auth. vt non luxur. hom. cont. nat. insin.

i Apost. ad Galat. 3. S. Thom. 1. 2. q. 104. art 3.

k Luc. de Penn. in l. omn. Iudices. C. de delat. lib. 10.

l c. 2. de maledic. Concil. Lateran. sub Leon. x. tertio Non. Maij 1514. incip. superna dispositionis vers. ad abolendam, &c. & Const. Pij v. Kal. April. 1566. incip. cum primum vers. ad abolendum.

m supra allegatas.

n 1. ad Thimot. 5. c. non putes, & c. seq. 23 q. 5. c. sunt ista eadem caus. q. 3.

o facit. vers. præterea igitur, &c in auth. vt non luxur. hom. cont. nat.

p l. fin. C. de relig. & sumpt. fun.

q arg. l. 1. ff. de aleat. & d. l. fin.

incon∫ulto iracundiæ calore, qui non omnino excu∫ationem tribuit, [r] delinquenr, immunis euadet.

5 Si quis verò aliquem, hçreticam bla∫phemiam quampiam venefico ore promentem, audierit, ∫e, ex decreto Sanctæ Inqui∫itionis eum, ac bla∫phemiæ genus denunciare, teneri, innote∫cimus, idq; non omitti, enixè obte∫tamur.

r Abb. in d.c.2. nu. 7. de maled.

De vita, & hone∫tate Clericorum.

Cap. XIII.

Omnium quidem, ∫acro Bapti∫matis lauacro genitorum, e∫t, ∫obriam, iu∫tam, ac piam in hoc ∫æculo vitam [a] in∫tituere, potiffimum autem id præ∫tari, oportet, à nobis, [b] qui, in ∫ortem Domini vocati, tanquam ∫al terrę, & lumen mundi, [c] ∫umus in Eccle∫ia con∫tituti, ip∫i enim ita mores componere debemus, vt doctrina, integritate, grauitate exemplum præbeamus bonorum operũ, [d] quiq; ex aduer∫o e∫t, vereatur, nihil habens malum, quod de nobis obloquatur, quo vituperetur mini∫terium no∫trum, [e] quando & nihil e∫t, quod magis laicos ad Chri∫tianam pietatem prouocet, & è contra ab ea reuocet, quàm boni, vel praui Clericorum mores. [f] Vt autẽ, diuina fauente gratia, id a∫∫equamur, infra∫cripta con∫tituimus.

2 Nemo itaque in po∫terum, antequam ∫altem prima ton∫ura initietur, Clericalem habitum induere ∫ine no∫tra licentia audeat. [g]

3 Omnibus Clericis, no∫træ ditioni ∫ubditis, cuiu∫cunq; ∫tatus, gradus, & conditionis exi∫tant, ∫iue in ∫acris, ∫iuè in minoribus ordinibus ∫int con∫tituti, ∫iuè etiam prima tantum ton∫ura initiati, tamet∫i Eccle∫ia∫tica beneficia

non

a Apo∫t. ad Tit. 2.
b Conc. Trid. ∫e∫∫. 22 de reform. c. 1.
c Matth. 5. c Sacerdotes 93. di∫t.
d Apo∫t. ad Tit. 2.
e Apo∫t. 2. ad Corinth. 6.
f c. qualis 8. q. 1. Conc. Trid. d. c. 1. ∫e∫∫. 22.
g arg. c. vt Clerici de regul. & c. vn. vbi Domin. & franc. de bigam. in 6.

non possideant, præcipimus, vt Clericalem habitum, & tonsuram in modum spheræ, ordini congruentem, ac sæpè detonsam, quæ cerni facilè possit, deferant, [h] alias eos seuerius iuxta admissi, & personarum qualitatem puniemus; nec eos nisi quatenus à sacris Canonibus, [i] & Tridentina Synodo [K] constitutum est, fori Ecclesiastici priuilegio tuebimur.

4 Clericalē grauitatē summoperè dedecet effœminatus corporis cultus; [l] ideò Sacris Canonibus obsequētes, statuimus, vt Clerici omnes sæpe capillis tondantur, [m] nec comam, barbamuè quoquo modo calamistratam, & cincinnis compositam, siuè odoris vnguentis, aut aquis delibutam [n] gerant, qui, quotiescunq; excesserint, duos ducatos mulctæ nomine exsoluent, & aliam, etiam grauiorem pœnam, iuxta contumaciæ, ac personarum qualitatem decernendam, dabunt; Sacerdotes verò prætereà superioris labij pilos sæpius resecent, nè sumptioni Sacrosanctæ Eucharistiæ impedimento sint.

5 Clerici vestitu vtantur honesto, ac mediocri, nihil sordidi, quo Clericalis dignitas despiciatur, nihiluè splendidi, quo tanquam luxuriosa vituperetur, præseferente, [o] Sacerdotes igitur, vel Clerici in sacris ordinibus constituti, & alij quicunq; beneficia Ecclesiastica possidentes pallio, ac tunica, (quam subtanam vulgò vocant) vsq; ad talos demissa, per Vrbem nostram, & oppida Diœcesis incedant, [p] extra Vrbem verò, & iter agentes ad genua dèmissam gerant. [q] Colorem autem huiusmodi indumentorum omnibus Clericis nigrum tantum (nisi alicuius dignitas alium postulet) præscribimus; [r] manicas etiam habeant nigras, nec laciniatas, tibi alia gestent tantum nigri, pulli, cinericij, ferruginei, hyacinthini, albiuè coloris, caligas haud inflatas, nec laciniatas, aut orna-

h c. prohibete cum duob. seqq. & c pen. 23. dist. c. duo. sunt 12 q. 1. Clem. quoniam de vit. & honest. Cler. c. Clericus 1. & c. pen. extr. eod. tit. cum sim.

i c. in audientia. c. perpendimus. & c. contingit. 2. de sent. excom. & c. si Iudex. eod. tit. in 6.

K sess. 23. de reform. c. 6.

l mollitijs. 21. q 3. & c. 1. eod. q. 4.

m d. c. Clericus 1. & 2. de vit. & honest Cler. cum simil.

n d. c. 1. 21. q. 4.

o §. 1. & vlt. 41. dist.

p d. c. pen. 23. dist. & c. 2. & 3. 21. q. 4. d. Clem. quoniam de vit & hon. Cler.

q d. c. 3 ibi prater si initinere.

r c. pen. de vit. & honest. Cler d. Clem. quoniam eod. tit.

ornatas, ſubuculas nullo artificio elaboratas, & ad duos digitos ſupra collum porrectas, pileos cordula tantum ſerica, nec alia ſuperflua conſutura circũ ornatos; [t] Anulos non gerant, niſi qui Dignitatibus ſunt inſigniti, [t] iiq; vnum tantum habeant, ac ſacrum facientes, illum deponant. Calceis, & crepidis vtantur ſimplicibus, nigris, aut albis, (cera tamen delibutis) nec verò inciſis, aut laciniatis. [u] Sacerdotes ad celebrandum talari tunica induti accedant, [x] nec aliter amictos, Sacriſtæ, eos ſacra facere, permittant. Si quis autem huic decreto non paruerit, pecuniarias pœnas, arbitratu noſtro ſtatuendas, & corporis afflictiuas (vt putà carceris) aliaſq;, à ſacris Canonibus, [y] & Tridentina Synodo [z] decretas, dabit.

6 Clerici omnes Vrbani, & Oppidani, diuina officia in Choro agentes, vel ſupplicationum quarumcunq; cauſſa commeantes, ſuperpelliceo, & pileo quadrato, quem birretum Clericale appellant, vtantur, [a] aliàs, quotieſcunq; defecerint, ſingulo ducato mulctentur, incolæ verò Ruris, ad quæcunq; Diuina celebranda inuitati, conuenientes, ſaltem ſuper pelliceo induantur, aliàs eidem pœnæ ſubiaceant, nec Eleemoſinam, ſibi elargitam, ſuam faciant.

7 Cum Clericorum arma patientia, orationes, & lachrymæ ſint, [b] omnibus ijs cuiuſcunq; ſtatus, gradus, & conditionis exiſtant, arma oĩa, tum ad oppugnandũ, tum ad propugnandum apta (quæ vulgò dicuntur offenſiua, & defenſiua) ſiue in Vrbe, & oppidis, ſiue in villis geſtare (pœna in edictis noſtris declarata imminente) prohibemus, [c] & ſicut nocturno tempore arma huiuſmodi deferentium culpa erit grauior, [d] ſic pœnæ pecuniariæ duplum exoluent.

8 Decet Clericos noctu ſtudijs, & orationi domi vacare, non autem per vias, & compita, vanitatibus intentos, vaga-

[t] c. penult. [t] d. c. penult.
[u] c. Clerici 23. diſt. & c fin 41. diſt
[x] d. c. pen. 23. diſt. & c. fin.
[y] d. Clem. quoniam.
[z] ſeſſ. 14 de reform. c. 6. & ſeſſ. 22. de ref c. 1.
[a] ad cap. Presbyter cum ſeq. 23. diſt. & Clem. 1. de celebr. miſſ.
[b] §. 1. & cap. non pila. 23. q. 8.
[c] c. quicunque ex Clero ead. cauſ. & q. c 2. de vit. & honeſt. Cler.
[d] l. fin. ff de effract. c. ſi perfodiens de homic.

vagari, ij ergò, qui post secundum noctis horam vagantes reperti fuerint, seuera animaduersione punientur, ac multò seueriori, si habitum Clericalem dimiserint, aut accensa face, siue lumine caruerint, vel cantationibus detenti, aut fides, Instrumentauè musica pulsantes, incesserint, aut voce, vel fidibus canentibus comites sese adiunxerint, [e] prout in edictis nostris constitutum est, quæ præsenti decreto innouamus.

9 Clerici, superpelliceo amicti, extra Templa nè gradiantur, [f] nisi ad publicas Rogationes, aut ad alia Ecclesiastica obeunda, quæ Indumentum illud requirant.

10 Aucupia, & Venationes, à sacris Canonibus Clericis interdictas, ac propterea nè canes, accipitresuè aliaquè animalia huiusmodi alant, sub pœnis, à Iure indictis, prohibemus. [g]

11 Clerici in Ecclesijs, quibus in ordinis susceptione adscripti sunt, assiduè, Dominicis potissimum, ac festis diebus Missarum solemnium, ac Vespertinarum horarum tẽpore ad inseruiendum, sese sistant, [h] alioquin, si muneris huius præstiti testimonio caruerint, ad alios superiores ordines (præter alias pœnas, quos arbitrio nostro subibunt) haud admittentur, [i] Quos etiam, si primo singulo quoque die Dominico cuiuslibet mensis, & alijs solemnioribus festis diebus sacra Eucharistia refecti non fuerint, & de eo sufficientem attestationem exhibuerint, eidem pœnę volumus subiacere. [k]

12 Cum inter Clericorum vitia nullum magis laicos offendat, aut grauius scandalum afferat, quàm ipsorum, qui Diuino cultui addicti sunt incontinentia, [l] operæ prætium duximus, prouidere, vt ipsi non tantum à crimine conseruentur immunes, sed & vitæ consuetudinem ita componant, vt careant etiam culpæ suspicione. [m] Igitur

D à su-

e arg. d. c. perpendimus, & c. 1. de vit. & honest. Cler. in 6.

f arg. cap. Diaconus 93. dist.

g rubr. & tot. tit. de Cler. venat cap. qui venatoribus cum seqq. 56. dist. cum simil.

h c. Sanctorum 70. dist. Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 6. & c. 16.

i infra cap. 33. §. 9. & 10.

K infra eod. §. 9. & 10.

l Conc. Trid. sess. 25 de refor. c. 14.

m cap. in omnibus 81. dist.

à ſuſpectarum mulierum, tam exterarum, [n] quàm quouis vinculo ſibi coniunctarum [o] cohabitatione, conſuetudine; aut colloquij frequentatione abſtineant, niſi pęnarum, à ſacris Canonibus [p] impoſitarum, ſeueros nos cenſores experiri voluerint. Quin etiam optaremus quidem, vt Clerici cum mulieribus quacunq; occaſione non habitarent. [q] Siquidem autem neceſſitas, vel legitima cauſa aliud expoſtularet, nullam tunc fœminam, (matre, auiã, ſorore, nepte ex fratre, aut ſorore, ac fratria exceptis) [r] ſecum domi habeant, vel in poſterum prætextu ſeruitutis, aut alia quacunq; excuſatione accipiant, niſi prius licentiam à nobis obtinuerint, [ſ] aliàs viginti quinque ducatorum pœnæ obnoxij ſint: licentiam autem huiuſmodi gratis (præuio tamen teſtimonio, à fide dignis perſonis habito, de bona vtriuſque, Clerici ſcilicet, & mulieris exiſtimatione) dandam, nec verò ei concedendam, vt cum fœminis, etiam ætate confectis, quibus cum aliàs ſe turpiter copulaſſe, conſtiterit, aut incontinentiæ ſuſpicio aliqua extiterit, [t] habitare poſſit, denunciamus. Caueant autem eò magis à fornicationibus, adulterijs, & alijs infandis coitibus, quibus ſi quando (quod Deus auertat) implicati fuerint, grauiſſimis pœnis iuxta delicti, & delinquentium conditionem plectentur. [u]

13 Negotia ſæcularia, vehementer à ſacris Canonibus [x] damnata, Clerici nullo modo exerceant, neuè alienas poſſeſſiones conducant, ac mercimonia quæcunq; per ſe, vel per alium faciant, aut contractibus, inter alios conficiendis, mediatoris, aut proxenetæ officio fungantur, nec teſtes ſe ſubſcribi, aut rogari, ſinant, [y] aliàs pœnam quinquaginta ducatorum ſubeant; laicis verò mercede inſeruientes, inq; eorum famulatu, domus, aut (quod multò indecentius eſt) Villarum, ſiue agrorum procurationi

n c. 1. & 2. & tot. tit. de cohab. Cler. & mulier. c. interdixit 32. diſt. c. Clericus. c. cum omnibus. cap ſi quiſpiam & c ſi forte 81. diſt. Concil. Trid. vbi ſupra.

o d. c. 1. vbi gloſ. in ver. Canones.

p d. c. 1. & 2. & alijs ſupra adductis.

q arg c. hoſpitiolum 32. diſt & c. oportet 81. diſt.

r d. c. interdixit & c. cum omnibus 81. diſt.

ſ ſed ſi forte 81. diſt. arg. d. c. 2. de cohab. Cler. & mul. & c. Clerici 81. diſt.

t arg. cap. cum in iuuentute. de præſump. & c. valet 81. diſt.

u c. ſi quis Clericus cum plur. ſeqq. 81. diſt. c. vt Clericorum de vit. & hon. Cler.

x c. 1. & tot. tit. nè Cler. vel Monach. c. peruenit 86. diſt. c. 1. & tot. tit. diſt. 88. cum ſim.

y c. vlt. 14. q. 2.

tioni exercendæ, aut vt fæminis obsequantur, vel assistant, manentes, [z] extra ordinem punientur.

z cap. quis dubitet 96. dist. c. 2. & cap. sed nec ne Cler. vel Monach.

14 Tabernas, & diuersoria penitus euitent, nisi fortè necessitatis, aut peregrinationis gratia; [a] sin minus duos ducatos, quotiescunq; excesserint, pęnæ nomine dabunt.

a d. c. pen. de vit. & honest. Cler. c. 2. & c. Clerici 44. dist.

15 Spectatores non intersint, dum pœna vltimi supplicij homini irrogatur, nisi ad id ex Charitatis officio ab ijs, ad quos spectat, vocati fuerict, tunq; caueant, nequid dicant, aut faciant, ex quo irregularitatis notam contrahere posint.

16 Taxillis neq; publicè, neq; priuatim, & occultè ludant, nec ludentium spectatores, aut testes sint; [b] ab alearum autem ludo publicè se contineant, nec propriam domum ad id commodent, sub pœnis in nostro edicto contentis.

b d. c. pen.

17 Choreis publicis, priuatisuè, laicorum conuiuijs, comœdijs, & alijs profanis spectaculis non intersint, multòq; minus ipsi ea exerceant; [c] assistere tamen nuptijs, vel Choreis propinquorum, indulgemus, choreas tamen ipsi ne ducant, nec laruati incedant, [d] sub pœnis arbitrio nostro infligendis, quotiescunq; contrafecerint.

c c. Presbyteri 34. dist. c. non oportet. 2. de cons. dist. 5.

d d. c. non oportet, & c. cum decorem de vit. & hon. Cler.

18 Examini in foro seculari sese subijcere sine nostra licentia nè audeant, & casu, quo licentiam concesserimus, iuramentum, deferente Sacerdote, ad id specialiter adhibendo, præstent, [e] pœna nullitatis testimonij, & alia extraordinaria cœrctione, si secus fecerint, imminente. Hanc autem veniam, non concedendam in causis siue Ciuilibus, siue criminalibus, in quibus de vitæ cuisquam discrimine, membrorum mutilatione, afflictatione corporis, existimationis diminutione, aut etiam bonorum detrimento agatur, aut ad repulsationem testium, si ipso-

e c. testimonium vbi Doct. 11. q. 1. & c. pen. 22. q. 5.

rum sequatur infamia, aut super articulo negatiuo, nec aliter, quam Capitulorum, super quibus examinandi sint, copia exhibita, nobis, ac nostro Vicario præscripsisse, significamus.

f c. 1 e. sed nec procurationes c. Clericis. & c sicut. & c. seq. ne Cler. vel Monach. cum simil.

19 Iudicis, Aduocati, Procuratoris, Tabellionisuè in foro seculari officium, nisi quatenus vtilitas suæ Ecclesiæ, & alia caussa, à Iure approbata, expostulet, non exerceant, [f] aliàs pęnas iuxta arbitrium nostrum sument Libros nugatorios, & amatorios, quibus boni mores facilè corrumpuntur, nunquam legant, nec pęnes se habeant, [g] in quorum tamen locum sacræ scripturæ, Cathechismi, Concilij Tridentini, summarum aliquot, ac piarum historiarum volumina, & alia, cuiuscunq; studio honestè congruentia, succedant. [h]

g c. 2. & c. pen. 37. dist.

h c. 4. & 5. 38. dist.

20 Clericos quoscunquè, nulli Ecclesiæ adscriptos, in Vrbe hac morantes lineo indumento, ac quadrato pileo singulis diebus festis primis, ac secundis Vesperarum, nec non Misse solennis horis ad nostræ Cathedralis Ecclesiæ Chorum accedant, [i] Quod & Dięcesanis præcipimus, vt scilicet maiorem Ecclesiam loci, quem incolunt, diuinarum laudum exoluendarum gratia adeant.

i c. vlt. vbi glos. in verb. deputatus. 92. dist.

De horis Canonicis. Cap. XIV.

PRæcipuam quidem obseruantiam, quam quilibet, Deo dicatus, Deo exhibire tenetur, esse laudes, quæ sibi horis Canonicis tribuuntur, Sanctorum Patrum auctoritate, & Sanctæ Matris Ecclesiæ obseruatione [a] perspicuum est. Ipsis namq; summus Orator Dauid [b] cum diuina Maiestate gratiam inijt, atq; ipsi Sancti Patres, qui eas ad formam, quam seruat eadem Sancta Mater Ecclesia, reduxerunt, [c] religione, pietate, virtutibusq; omni-

a c. 1. vbi Doct. de celebr. miss. & in sum. & c. 1. & 2. 91. dist.

b Psalm. 118. vers. 164.

c d. c. vbi Turrecrem. sub nu. 1. vers. 2. conclusio.

omnibus profecerunt; neq; enim obsecrationis tantum, sicut cæteræ orationes, & supplicationes, quæ superno numini exhibentur, virtute pollent, sed & sacro septemnario numero, quo sunt dispositæ, de opere vniuersæ creationis, atque humanæ redemptionis acceptas Deo gratias agimus, ac, quod nos à Deo expetere Saluator noster docuit, peculiari, efficaciq; modo expetimus, & septiformi Sancti Spiritus munere imbui promeremur. [d]

2 Quare vt hoc sacrificium nedum non prætermittatur, sed imò, quantum humana fragilitas sini, Deo acceptabilius offeratur, omnes, & quoscunq; Clericos, in sacris constitutos ordinibus, aut beneficium Ecclesiasticum possidentes, etiam, atq; etiam obsecramus, ne pensum huiusmodi, quò diuinæ obnoxij fiant vltioni, [e] absoluere omittant, quando, & præterea beneficia Ecclesiastica obtinentes, prout sacris declaratum est sanctionibus, [f] pro rata fructus suos non faciunt, ac post Canonicam monitionem beneficijs ipsis priuandi sunt.

3 Diuinum autem officium non ore tantum, ac lingua recitandum, sed & mente, atq; intentione explendum esse, Patrum monumenta tradiderunt. [g] Hinc omnes, huic muneri deuincti, caueant id in vijs, & foris, populiq; tumultu recitare, & (quod detestabilius est) inter recitandum dormitationes, occupationes, negotiationes, siuè etiam inania, profana, & forsan turpia colloquia, risus, atq; scurrilitates, quibus & mens distrahantur, & interruptè debitum ipsum exoluatur, inter serere, [h] sed, si fieri potest, semper in Choro, [i] aut certè in aliorum cętu, [k] illud persoluant. Psallant autem minus festinanter, nec dictiones vel syllabas incidentes, aut corrumpentes, sed aptè distinctè, & canora voce (non tamen peracuta) pronũciantes, atq; [l] in versiculi medio pausantes,

d *glos. in d. c. ver. septemnarius. Turrecr. in d. c. 2. sub nu. 1. & 9. late.*

e *d. c. 1. vbi Doct. de celebr. Miss. & Clem. 1. eod. tit.*

f *Leon. x. in Conc. Lateran. incip. superna dispotitionis. dat. 3. Non. Maij. an. 1514. vers. statuimus quoq; &c. & Pij v. sub Dat. 12. Kal. Octobris ann. 6. incip. ex proximo.*

g *non mediocriter de cons. dist. 5.*

h *d. Clem. 1. de celebr. miss. & c. dolentes extra eod. tit. sentit. Conc. Trid. sess. 24. de ref. c. 12. vers. omnes vero, &c.*

i *glos. in c. fin. & ibi latè Turrecr. nu. 3. 93. dist.*

k *c. vt illud de consecr. dist. 1.*

l *d. Clem. 1.*

tes, cum etiam opus fuerit, ſimul ſedentes, aſſurgentes, flectentes genua, capita operientes, aut detegentes, ſe inclinantes, & omnia, quæ decent, ita rectè, & concinnè agentes, vt Cęleſti Beatorum Spirituum, Deum laudantium, hierarchiæ, cui comparantur, [m] meritò æmulari videantur. Qui verò in Choro, dum diuina celebrantur, collocutiones, riſus, aut dormitationes admiſerit, vel à Choro, officijs nõ expletis, diſceſſerint, ſi monitus iterum lapſus fuerit, animaduerſionem non euadet. [n]

4 In diuino officio recitando vnuſquiſq; tempus congruum, & horam obſeruet; [o] quòd ſi iuſto impedimento, ne poſſint debito tempore id perſoluere, timeat, laudabilius erit præuenire, quam differre. [p] Nec tamen probamus illorum conſuetudinem, qui nulla probabili cauſſa, ſed tantum vt proprio commodo, & voluptati vacent, matutinas horas cum veſpertinis antecedentis diei cumulant, [q]

5 Canonici, & alij Clerici, Choro cuicunque addicti, ſtatim atque Campanæ ſignum, ad conuocandum ad horas quaſcunque congruens, audierint, omni poſtpoſita mora alacri animo, grauiter, & modeſtè ad Eccleſiam ſe conferant, atque in ſacrarium conueniant; Vnde, Cuſtode campanula annuente, conuenienter amicti, bini ad Chorum graui, & compoſito inceſſu accedant. Diebus feſtis verò ad miſſam ſolennem, & Veſperas decantandum duobus Clericis cum luminaribus præeuntibus incedant, ſacriſque peractis eodem ad ſacrarium ordine reuertantur.

6 Laici, dum horæ Canonicæ ſiue Matutinæ ſiue Veſpertinæ recitantur, ac Sancta Miſſarum ſacrificia fiunt, ſacrarium, ſeu Chorum ingredi ne audeant. [r]

m S. Thom. 2. 2. q 91. art. 1. ad 2. Turrecr. diſt. 91. in princ. nu 3.

n d c. dolentes, & d. Clem. 1.

o d c 1. ibi com. petentibus horis de celebr. miſſ. & ibi. Abb. ſub nu. 3. & Archid. in d. c. 1. 91. diſt

p Abb. vbi ſupra.

q S. Thom. quod lib. 5. q. 13. art. 28.

r c. Sacerdotum. de conſ. diſt. 2.

De

De Canonicis, & Clericis Ecclesiæ Cathedralis. Cap. XV.

SIquidem in omnibus nostræ Diœcesis Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis, diuinum cultum, religionem, pietatem, Ecclesiaticamq; disciplinam vigere, exoptamus, id præcipuè in nostra Cathedrali Ecclesia, quò alijs sit singulare exemplum, elucere, omnino volumus. Quare quæ supra de Clericorum vita, & moribus, & demum de horis Canonicis constituimus, exactius ab eiusdem Ecclesiæ (Canonicis autem præcipuè, [a] qui bonorum operum exemplo, integritate, & grauitate tanquam huius Ecclesiæ Senatores, [b] & nostri Coadiutores cæteris præcellere debent) obseruari, mandamus.

a *Concil. Trid. sess. 24. de ref. c. 12.*
b *c. Ecclesia 16. q. 1. Conc. Trid. d. c. 12. in princ.*

2 Capitulum prima, & quintadecima cuiuslibet mensis die non impedita, in cuius locum vltima semper non impedita succedat, congregetur; si verò res, de qua agitur, vno capitulo nequeat terminari, vel diutius differenda sit, die statuto non expectato, id iterum conuocetur: semper autem, quoties congregandum erit, solita Campana significetur; [c] Id tamen, dum diuina in Choro obsequia præstanda sunt, nunquam, nisi repentina vrgente necessitate, (quo casu illius, ad quem spectat conscientiam oneramus), fiat aliàs à Choro absentes distributionum, pro eo tempore statutarũ, iacturæ subiaceant.

c *glos. in c. si capulo verb. factam de concess. prabend. in 6. Io. And. & Abb. in c. 1. de off. cust.*

3 Semper in sacrario, nec alibi ad capitulum conueniant, & antequam illud ineant, ipsorum dignior preces ad Sancti Spiritus assistentiam implorandam, prȩmittat, eoq; absoluto, gratiæ de more agantur, seruatis quòad reliqua capituli Constitutionibus.

4 Sedeant in eo singuli suo loco, & ordine, quo in Cho-

Choro, ac negotia, de quibus erit deliberandum, omni modestia proponantur, contentionesquè, & oblocutiones penitus exulent.[d] Decreta verò omnia secretis suffragijs fiunt, aliàs irrita pronunciamus;[e] quare vnusquisq; suum suffragium in vrna proprijs manibus ponat, nec vllo pacto alteri, sub pœnis in eisdem Constitutionibus expressis, committant.

d c. fin. 5. q. 4.
e ad. Concil. Trid. sess. 25. de reg. c. 6.

5 A Secretis Capituli destinatus in suo Codice, quo die cœtus initus sit, quiuè adfuerint, vel abfuerint, quæuè absentiæ excusatio allegata sit, describere, si pœnas earunddem Constitutionum euitare voluerit, non omittat.

6 Si coacto Capitulo inter agendum iurgia, aut conuicia excitata fuerint, ipsorum auctor, præter alias pœnas, delicto congruentes, quas omnino feret, per sex menses à cœtu huiusmodi arceatur.[f]

7 Quamuis Canonici, Capitulum constituentes, sese iureiurando, nihil eorum, quæ in Capitulo aguntur, patefacturos, adstringant, id tamen minimè impedire, quò minus aliquid nobis, vel Vicario nostro indicent, præcipuè vbi correctione opus esse, cognouerint, declaramus.[g]

8 Nemo, à Capitulo ad aliquod munus electus, valeat, nisi iusta subsistente caussa à nobis, vel Vicario nostro cognoscēda, & probanda, seruataq; cōsuetudine recusare.[h]

f d. c. vlt. 5. q. 4.
g ad trad. per Innoc. in c. qualibet, & quando il 1. nu. 3. & ibi Abb. in fin. de accus. Doct. in c. quemadmodum §. illud de iureiur.
h arg. l. nullus qui C. de decur. lib. 10. cum sim. Conc. Trid. d. c. 12. vers. omnes vero, &c.

9 Ad Conciones tam ordinarias quàm extraordinarias, in nostra Cathedrali Ecclesia habēdas, Canonici omnes; ac Beneficiati, & Clerici Seminarij, pileo Clericali, & habitu, cuicunque conuenienti, induti, conueniant.

10 Magistro Cœremoniarum in ijs, quæ ad Ecclesiasticos ritus pertinent, Canonici omnes pareant, aliàs pœnā ex arbitrio nostro luent; In ijs verò, quæ sui muneris sunt, nequicquam desiderari, permittant.[i]

i c. ministerium de off. Archipræsb.

11 Canonico, officia Vesperarum solemnium agenti dies festiuos

festiuos Natiuitatis Domini, Epiphaniç, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, Apostolorum Petri, & Pauli, huiusq; Conuensionis, Assumptionis Beatæ Virginis, omnium Sanctorum, Sancti Sebastiani, Ciuitatis Patroni, & Dedicationis Cathedralis Ecclesiæ (si ijs diebus ipsi Pontificio ritu aliqua de caussa agere non possumus) nec non alios post Natiuitatem Domini, ac primum Paschatis, & Pentecostes proximè sequentes, Circumcisionis etiam Domini, Purificationis, Annunciationis, & Natiuitatis Beatæ Mariæ, Sanctissimæ Trinitatis, ac Sancti Ioannis Baptistæ, quatuor ministri, pluuialibus induti; festos autem dies Apostolorum, Dominicos, & alios ex præcepto Ecclesiæ obseruandos, duo tantum eodem modo amicti assistant.

12 Aeditui Cathedralis, & aliarum Ecclesiarum, alijq; ad quos spectat, (quod & Diœcesanis Parochis mandamus) quotidie ternis Campanæ ictibus, iuxta Catholicam consuetudinem, ineunte scilicet, adulto, & occidente die recitãdam esse salutationem Angelicam, ac sub primam, vel secundam noctis horam Deo suffragia pro defunctis offerenda esse, populis, significent, [k] Aquam benedictam qualibet hebdomada renouent, Altaria quotidie matutinis horis à Clericis, quorum est, ac singulis Sabbathis Templa detergi, curent, [l] ex quibus si quis non paruerit, sine emendatione, non dimmittetur.

In omnibus Diuinis officijs, siue præsentibus nobis, siue absentibus celebrandis, ritus, ac cæremoniæ in Missali, Breuiario, ac cæremoniali, nuper felic. record. Clementis Octaui mandato reformatis, [m] traditæ, iuxta temporum, loci, & personarum, quæ ijsdem officijs, intererunt, diuersitatem, omninò seruentur.

k d. cap. 1. vbi Io. And. & Abb. de off. custod.

l arg. c. pulchra 87. dist. & habetur in c. 1. vers. Archidiaconi 25. distinct. & in d. c. 1. de off. custod.

m ad a. nalite. 11. dist Conc. Trid. sess. 22 decret. de obser. in celebr. miss. vers. postremo.

De Parochis, & ijs, quæ ab ipsis præstanda sunt. Cap. XVI.

SVper speculam Dominici huius costodiendi gregis gratia positi, nihil duximus vigilantius prouidendum, quàm, vt Parochi, quos Diuina miseratio nobis, regendarum animarum oneri subleuando, adiutores, & ministerij participes [a] constituit, suum munus sic diligenter, & piè exequantur, vt animarum cura, quæ ad nos peculiari, ac principali ratione pertinet, [b] nullatenus negligatur, vel (quo maximè angimur) ex commissis à Deo nobis ouibus vlla pereat, ita vt sanguinem earum, ipsorum culpa, & incuria perditarum, diuina vltio de manu nostra non requirat. [c]

2 Itaque cum præcipuum ipsorum munus in verbi Dei ministerio versetur, præscriptum à Tridentina Synodo [d] decretum repetimus, inuiolabiliter obseruandum, vt ipsi Diebus Dominicis, & festis solennibus plebes sibi commissas, pro sua, & earum capacitate pascant salutaribus verbis, docentes ea, quæ omnibus necessaria sunt ad salutem, annunciantesque eis cum breuitate, & facilitate sermonis, vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, vt pęnam æternam euadere, & cælestem gloriam consequi valeant. Meminerint etiam, quæ supra capite de Prędicatione verbi Dei [e] constituimus, eaque summo studio exercere curent; caueantque præcipua vigilantia, nè quis abusus in plebe subrepat, & si quem fortè irrepsisse, cognouerint, ad eum submouendum constanter insurgant: Thema autem sermonis, si fieri potest, semper sint Euangelia currentia. [f]

3 Festos dies, ac Vigilias, & ieiunia, tum ex præcepto,

a S. Thom. 2. 2. q. 184. art. 6. ad 2.
b S. Thom. vbi supra, & ad 3. facit. c. in tantum vers. Cum vero. de Simon. & c. inter cætera in fin. de off. ord.
c Ezechiel 3. cap. irrefragabili in princ. de off. ord. Concil. Trid. sess. 6. de reform. c. 1.
d sess. 5. c. 2.
e supra c. 3.
f S. Cong. ad d. cap. 2. & sensit idem Conc. sess. 22. de sacrif. miss. c. 8.

cum

tum ex pia consuetudine, vel institutione obseruanda, intra hebdomadam incidentia, die Dominico præcedenti inter Missarum solemnia denuncient. g

4 Pro grege, sibi commisso, sacrificia Deo offerant, h nec singulis diebus Dominicis, & festis intra hebdomadā verò tribus saltem alijs, præter festos, (nisi necessitas frequentiora exigat) sacra facere ommittant. i

5 Sordida, & mechanica opera, Sacerdotali incongrua dignitati (nequè enim eos indigentia laborantes cognouimus, nec laborare sinemus) etiam in suis, & Ecclesiæ agris non exerceant. k

6 Exorcismorum, super energumenos exercendorum, facultate, in ordine recepta, l vti tam ipsis, quàm quibuscunque alijs siue secularibus, siue Regularibus, aut quomodolibet exemptis sacerdotibus, & clericis aliter, quàm nostra facultate, in scriptis gratis danda, pęna suspensionis ipso facto indicta, prohibemus. m

7 Renouent singulis Dominicis diebus (exceptis tamen Resurrectionis, & Pentecostes) aquam benedictam, &ea ante rem diuinam, alba, & stola inducti, iuxta ritum Ecclesiæ populum aspergant. n

8 Domorum lustrationes, quæ aqua benedicta de more fidelium maiori hebdomada fiunt, nullo modo Clerici, sed Parochus ipse, o vel alter Sacerdos, eo impedito, faciat, nec permittat hoc munus à Regularibus pręstari. p

9 Parochi, Missam celebrantes, iuxta cuiuslibet Ecclesiæ consuetudinem sub offertorium fidelium oblationes accipere valeant, q quas tamen exigentes, nec patenam, aut sacras Reliquias, sed manipulum, aut instrumentum paci nunciandę constitutum, plebi osculandum, offerant, nec per Ecclesiam circumeant, sed in Altaris gradu consistant, atque in effectu ita se gerant, vt nulla extorsionis

g *cap. 1. de consecr. dist. 3. c. 1. vers. ab Archid. 25. dist.*
h *Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 1. in princ.*
i *ad Concil. Trid. sess. 23. de ref. c. 14.*
k *§. 1. & c. Clericus. 91. dist.*
l *c. exorcista 23. dist.*
m *c. vlt. 69. dist.*
n *ad c. aquam des cons. dist. 3.*
o *ad trad per Doct. in rubr. de Paroch.*
p *ad Clem. Religiosi de priuil.*
q *omnis Christianus, de cons. dist. 1. S. Thom. 2. 2. q. 86. art. 1. Abb. in rubr. de Paroch. un. 1.*

aut turpis quæstus suboriri possit. [r]

10 Pios Ecclesiæ ritus benedicendi, & distribuendi candelas in die Purificationis Beatæ Virginis, & Palmarum, siue oliuarum ramos die Dominico Palmarum, cineresq; prima die Quadragesimæ, nè propterea auaritiæ, aut desidiæ accusari possint, nullo modo prætermittant, [s] aliàs suspensionis pœnam incurrant.

r S. Thom. vbi supra Conc. Trid sess. 22 decret. de obseru. in celebr. miss.

s arg. c. ad Apostolicam de sim. c. Ecclesiarum c. in his. & c. fin. 11. dist.

11 Litigia diffidia, iurgia, rixas, & odia inter eorum Parochianos excitata, aut imminentia sedare, & auertere enixè curent. [t]

t c. 1. c. studendum. & c. pen 90. dist.

12 Die, ac nocte continuam residentiam in proprijs Parochijs faciant, & munia, sibi iniuncta, per se ipsos subeant. [u] Caussa autem subsistente, cuilibet, vt vnam noctem quolibet mense abesse possit, indulgemus; [x] si verò diutius sine nostra vel Vicarij nostri licentia absuerit, [y] pœnam suspensionis ipso facto incurrat, à qua tamen, si infra biduum nobis per litteras vel per se ipsum constare de legitima, & repentina absentiæ caussa fecerit, immunis euadet. [z]

u c. extirpanda. §. quia vero de preb. c. quia nonnulli de Cler. non resid. cum simil.

x arg c. illud. de off. præsid.

y ad c. inter & c. relatum vbi Abb. nu. 1. de Cler. non resid. & Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 1. prope fin.

z d. c. inter. & fin. de Cler. non resid.

13 Casu autem, quo absuerint, hac lege sibi generaliter, nouerint, esse indultum, si viciniorem Parochum de absentia certiorem fecerint, isque, se præsto fore ad ministranda, quolibet improuiso casu superueniente, Sacramenta, receperit, vel de alio idoneo, & approbato Sacerdote Ecclesiæ prouisum à nobis fuerit. [a] Totum autem hoc absentiæ tempus, siue continuum, siue intermissum, siue nostra, vel Vicarij nostri licentia concessum, siue alia legitima caussa, vt præfertur, permissum fuerit, quotannis sexaginta dies non excedat: [b] de caussa autem absentiæ semper constare, & omne gregis incommodum, ac detrimentum, vel vicini Parochi, stel alterius Sacerdotis, vt dictum est, curæ subleuari debeat. Quare si in Parochia

a ad c. 1. & c. Pontifices. 7. q. 1. & c. cum ex eo de elect. in 6.

b Conc. Trid. d. c. 1. vers. discendendi.

chia aliqui ægritudine laborantes, fuerint, nulla excusatione Parochum abesse, nisi pergraui necessitatis caussa, à nobis cognoscenda, & probanda, permittimus.

14 Aegrè quidem ferimus, tam sępè Parochos ad Vrbem & loca ipsis viciniora sine iusta caussa accedere, quinimò etiam si non pernoctauerint, consuetudinem improbamus, & corrigendam censemus: [c] mandamus tamen, vt singuli semel quolibet mense ad nos, vel Vicarium nostrum generalem, aut nostrę Episcopalis Congregationis Secretarium de eorum cura, & omnibus, super quibus eo mense in Parochia consulendum, & prouidendum erit, reddant certiorem (pęna librarum ceræ decem in edicto declarata) accedant; sint autem omnes in hoc potissimum munere peruigiles, vt; qua maiore diligentia poterunt, suorum gregum vitia, scandala, necessitatesque perlustrent, vt nos pro nostro pastorali munere singulis apta remedia afferamus. [d]

15 In Parochialibus domibus habitent, nec ab eis diuertere sine facultate nostra, in scriptis gratis danda, audeant, [e] Cum autem non deceat, Ecclesiam cuius redditùum pręcipua pars ipsi à Iure constituta est, [f] Rectorum ipsius, aut incuria, aut auaritia potius iniustitia & rapina labascere, aut corruere, [g] Idcirco Rectoribus omnibus Ecclesiarum præcipimus, vt ipsarum ędificia sarta tecta tueantur, ac, si collapsa iam fuerint, reparent, & instaurent, aliàs sumptibus eorum id vt fiat, ipsi curabimus, [h] & eorum decedentium bona obnoxia fore, decernimus, [i] Qui verò proprias Parochiales domos non habuerint, infra fines Ecclesię habitare teneantur, [k] aliàs seueram sentient vltionem.

16 Parochialia munia à Parochis ipsis, si fieri potest, semper præstari, necesse ęst, [l] si verò multitudine plebis

graua-

c arg. d. l. illud. de off. præsid.

d arg. c. sicut. de accus. & c. quando 38. dist.

e c. prætor vers. præcipientes 32. dist. c. necessaria 12. q. 1. & c. in omnibus de cons. dist. 5.

f c. cōcesso cum pluribus seqq. 12. q. 2. cum simil.

g c. quatuor. ead. caus. & 9.

h c. decernimus. x. q. 1. glos. in d. cap. quatuor in verb. doceat c. 1. & c. de his vbi Doct. de Eccl. ædif.

i c. vnio. x. q. 3. d. c. quatuor & c. Episcopus 12. q. 2.

k c. Episcopus. vbi Archid. & Turrecr. dist. 41.

l Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 12. vers. omnes vero d. c. relatum de Cler. non resid. cum sim.

grauati; aut mala valetudine, vel alia iusta causa impediti ipsi ea omnia per se subire nequibunt, per idoneum substitutum, & Coadiutorem, à nobis approbandum, competenti ei portione ex fructibus Beneficij Ecclesiastici assignata, persoluant, [m] ita tamen vt propterea inertia, & otio, quibus nedum operis mercede priuentur, sed & muneri suo desint. [n] minimè detineantur.

17 Peculiari autem studio eos, qui curam animarum gerunt, decet incumbere, vt quos salutaribus monitis, optimis institutis, cęlestibus adiumentis, ac Diuinis pręsidijs viuentes à sęuo humani generis hoste tutati sunt, etiam morientibus adsint, quo tempore eò difficilius certamen adoriuntur, quò validioribus hostis infirmioribus ipsi viribus pręstant. [o] Quocirca potissimum sibi proponat, summa diligentia curandum, nequis subditus ipsorum culpa, aut incuria sine sacramentorum Ecclesię perceptione decedat, [p] quin etiã, eos, licet Sacramentis munitos non deserant, sed frequenter inuisant, & cum in extremis laborantes inuenerint, pijs cohortationibus ad passionum, & dolorum tolerantiam inducant, eorum mentes à Diabolicis suggestionibus auertant, corda in fide confirment, atque animas, in æternitatem migrantes, Deo commendent. [q] Quod si in hoc pio officio exercendo, quispiam culpę, desidię, aut negligentię arguendus erit, Diuino Iudicio, [r] nostraque correctione tum pecuniarijs mulctis, tum Ecclesiasticis censuris (vt diuina misericordia iustam temperet vltionem [s]) seueriori afficietur.

18 Parochi, nec non quicunque alij Clerici, beneficium Ecclesiasticum obtinentes, omnium bonorum immobilium cum eorum vndiq; limitibus intra mensem indicem diligenter describant, quem ad id à nobis deputatos afferant,

m *cap. de Retor. de Cler. agrot. d. c. cum ex eo de elect. in 6. & Idem Conc. sess. 7. c. 5. & seq. 6. c. 2. & 21. sess. de ref. c. 6.*

n *c. conquerente vbi glos. fin: de Clèr non resid. Goffred. in sum. eod. tit. nu. 1.*

o *Idem Conc. Trid. sess. 14. de extrem. vnct. proem.*

p *c. 1. 26. 7. c quicunque de cons. dist. 4. & cap. Presbyter vbi Turrecrem. in fine de cons. dist. 2. c. officium. de offic. Archipresb. cap. si presbyter. & c. seq. 26. q. 6.*

q *cap. Presbyter. vbi Turrecr. sub nu. 8. vers. infirmis dist. 91.*

r *d. c. si presbyter. & c. seq. glos. in d. c. officium in ver. sine confessione.*

s *c. audi. 11. q. 3.*

rant, vt Codex, in Archiuio nostro perpetuò asseruandus, conficiatur, [t] aliàs contra inobedientes seuerè animaduertendum esse, indicimus.

19 Dent operam Parochi, vt in eorum Ecclesia aliquis inseruiat Clericus, qui semper in habitu, & tonsura incedat, & dum sacra fiunt, superpelliceum induat. [u]

20 Libenter assistant confessionibus sui populi audiendis, tuncque ab omni penitus personarum acceptione abstineant, vt puta pauperes, siue mares reijciendo, vt diuites vel fęminas alliciant, [x] quod si nobis, ab ipsis secus patratum esse, constiterit, nos haud remissos in culpa vlciscenda fore, denunciamus.

21 Doctrinam Christianam singulis Dominicis diebus iuxta regulam aliàs traditam, [y] docere non omittant.

22 Libros status animarum suę Parochię, Baptizatorum, confirmatorum, Matrimoniorum, & mortuorum, ad formam in nouo rituali Romano præscriptam, distinctos habeant, singulosq; accuratè exarent, & diligenter custodiant, nec de ijs, quæ in ipsis continentur vllam cuipiam præbeant, nisi pręuia nostra facultate, testimonium. [z]

23 Parochum aliquem ægrotantem vicinior Parochus visitet, & de eo nos quamprimum faciat certiores; interim autem ipsius animæ, ac plebis ei subditæ curam gerat: [a] quòd si illum, ex hac vita migrantem, viderit, statim Ecclesiæ suppellectilium, Iurium, Codicum, nominum debitorum, ac bonorum omnium diligentem se custodem prębeat, [b] & nos, vel Vicarium nostrum generalem de idoneo œconomo pro animabus, & rebus, ad ipsam Ecclesiam pertinentibus, prouisuros, statim admoneat. [c]

24 Omnes quidem Presbyteros, [d] sed Parochos præcipuè, quibus peculiare docendi munus incumbit, de-

decet,

t *cap. manifesta vbi glos 12. q. 1. infra cap. 23. §. 4.*

u *c. illud 7. q. 1 c. proposuit de fil. Presb. c. nemo, vbi glos. in ver. custodum de conf. dist. 1. c. 3. de vit. & honest. Cler.*

x *arg. cap. vlt. 49. dist. & c. pauper. 11. q. 3.*

y *supra cap. 4.*

z *arg. cap. vlt. 14. q. 2.*

a *c. Pontifices. 7. q. 1.*

b *arg. c. charitatem. 12. q. 2. c. sicuti. ead. q. 5. & Conc. Trid. sess. 24. de ref. c. 16.*

c *eod. Conc. d. sess. 24. c. 18*

d *§. vt itaque. 37. dist.*

e c. 1. 2. & c. qui ipsis dist. 38.

decet ignorantia; [e] Quare vt eam, quatenus diuina fauente gratia, assequi possumus, à Diœcesi nostra exulare, iubeamus, statuimus, vt vna in Vrbe Congregatio erigatur, per Diœcesim verò plures, iuxta cuiuscunq; loci, aut regionis opportunitatem distinctas, in quibus Parochi omnes, qui eidem Congregationi adscripti sunt, semel in mense in loco in Vrbe à nobis, per Diœcesim verò à Præfecto cuiuslibet Congregationis deputando, ad casus conscientiæ discutiendos, pœna cuicunque, quotiescunque de fuerit, trium ducatorum imminente, conueniant; ac ne inter diuinam sementem inimicus homo quicquam zizaniæ superserat, casuum huiusmodi quæstiones enodatas, ac rationes allegatas in scriptis tradi, & à Congregationis Præfecto ad nostrum Vicarium trasmitti, iubemus.

25 Ineunte Quadragesimali tempore, populum suum Parochi quotannis admoneant, dies pœnitentię, ad redimenda peccata, saluandasque animas, aduenisse, idcirco Ieiunijs, orationibus, eleemosynis, cæterisque pijs operibus, pręcipuè autem exquisito pœnitentię Sacramento, ad celebranda Paschalia mysteria congruè, vt par est, se præparent. Ipsi verò eo tempore libenter Confessionibus audiendis in sede, ad confessiones audiendas destinata, assistant, frequentius verò quolibet die quatuor saltem horas à die Dominico Passionis vsque ad Octauam Paschæ; idem tempore Aduentus, octo saltem dies ante Christi Natiuitatem, quatuor etiam dies ante solemnitatem Pentecostes; nec non cum aliquod Iubilæum Apostolica benignitate indictum fuerit, hebdomadis Iubilæo destinatis, obseruent. Semper autem, cum id munus exequuntur, superpelliceum, & stolam amiciant, [f] aliàs graues arbitrio nostro dabunt pœnas.

f c. Presbyter. & c. seq. 23. dist.

26 Cum

26 Cum autem (quod maximè lachrymabile est) sub prima Ecclesiæ cunabula frequentissima esset Sanctissimæ Eucharistiæ sumptio, [g] ac postea frigescente charitate ter anno quolibet sacra refectio huiusmodi statuta [h] fuerit, ac demum, eam, semel saltem, Paschalibus diebus in Parochiali Ecclesia sumendam, sub Ecclesiastico interdicto fidelibus percipi oportuerit, [i] adhuc ita hominum charitas deferbuerit, vt nonnulli hoc salutare preceptum; & augustissimum donũ contemnant; ac prætextu absentiæ, peregrinationis, ægritudinis, aut alterius conficti impedimenti, piam Matrem Ecclesiam conentur eludere, statuimus, vt si quis Pascali tempore extra ipsam Parochialẽ Ecclesiam Pœnitentiæ; & Eucharistiæ Sacramenta (licentia à Parocho non obtenta) se suscepisse, asseruerit, sacerdotis, qui sibi ea Sacramenta ministrauerit, testimonium (&, si ex aliena fuerit Diœcesi, sui Ordinarij attestatione firmatum) exhibeant, [k] aliàs nihilominus Canonicis pœnis afficietur. Quæ quidem locum habere duntaxat, absentiæ, aut necessitatis causa subsistente, atq; venia à Parocho obtenta, declaramus, nam si quis, nulla iusta caussa detentus, contempto proprio Sacerdote, alterius Sacerdotis iudicio, & ministerio se sponte subiecerit, Ecclesiæ præcepto minimè satisfecisse, & Deum sensurum fore vltorem, nosque Ecclesiastici interdicti prolatores, futuros esse, innotescimus. [l]

27 Publicis peccatoribus Parochi Sacramenta denegẽt, quorum vel ipsi Confessionem non audierint, aut saltem à probato Confessario per chyrographum de impertita absolutione fidem non acceperint. [m]

28 Studeant sedulò, mortuorum anniuersaria, cæterasq; defunctorum voluntates, & onera; suæ iniuncta Ecclesiæ, diligenter persoluere, nec omittant, benefactorum ani-

g Actuum Apost. 2. in fini cap. quotidie cum c. seq. de conf. dist. 2.

h c. etsi non frequentius; & c. omnis de cons. dist. ead.

i c. omnis de pænit. & remiss.

k arg. c. sicut de sententia excom.

l Doct in d. c. omnis. de & remiss.

m d. c. sicut vbi per omnes de sent. excom Syluest. in sum. verb. confessor 1. nu. 13. vers. 17.

mabus pijs precibus & sacrificijs suffragari. [n]

29 Minimè audeant Indulgentias, à nobis, vel Vicario nostro cum Canonicis, ad quos spectat, haud examinatas, publicare, [o] quas tamen cum publicauerint, populum de ipsarum effectu, ac de ijs, quæ ad ipsas percipiendas requiruntur, instruere nitantur.

30 Eleemosynarum quæstores quoscunque nequaquam admittant, præter eos, qui quærendi facultatem nostram, vel nostri Vicarij sibi exhibuerint. [p] Quos etiam obseruent, ne inter quærendum Sanctorum Reliquias ostentent, aut distribuant, [q] neuè tintinabulum pulsent.

31 Statim atq; Parochus aliquem ex populo sibi subdito ægrotantem cognouerit, non expectet, donec accersatur, sed quamprimum charitate paterna ad ægrotū accedat. [r] pertractetq; cum eo, quæcunque ad ipsius animæ salutem spectare videbit; hortetur autem in primis, vt integrè, & deuotè sua confiteatur peccata, ac postea; si morbus aggrauescat, Sanctissime Viatico, ac demum extrema Vnctione opportunè se muniat, quibus armis (corporis, ac mentis viribus debilitatis) magnum spiritale robur ad diabolicas fraudes superādas sibi suppetat, cæteraq; huiusmodi, & alia salutaria monita, omni Christiana charitate, & maiori, qua poterit prudentia tradat.

32 Parochos etiam in Domino obtestamur, vt pauperes sibi subditos, ægritudine laborantes, quos humanis auxilijs derelictos cognouerint, sæpissimè inuisant, eosque sermone, & opera pro viribus consolentur, quibus etiam subsidia à ditioribus præstari, curent. [s]

33 Vt autem ij, qui ad regimen animarum assumendi sunt, doctrina, moribus, & vitæ probitate præcellere studeant,

n c. qui oblationes, & c. seq. 13. q. 2. Conc. Trid. sess. 25. de Purgatorio in fin.

o Clem. abusionibus de pænit. & remiss. Conc. Trid. sess. 21. de reform. cap. 9 & decret. de Indulg. sess. 25.

p d. Clem. abusionibus cum simil.

q c. vlt. vbi Abb. in 1. notab. de reliq. & vener. sāct. Conc. Trid. decret. de inuocat. & vener. sāct. sess. 25. vers. omnis porro, &c.

r d. c. Presbyter. 91. dist. & d. c. officium. de off. Archipresb.

s c. fratrem. 86. dist. c. glaia Episcopi 12. q. 2. Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 1. in princ.

deant, [t] quo proprijs meritis, non autem aliquo humano fauore, aut gratia [u] ad Ecclesiastica (præcipuè autem Parochialia) beneficia assequenda peruenire posse, confidant, omnibus, qui ad Parochialium huiusmodi Ecclesiarum concursus accedunt, notum facimus, vt nullis commendatitijs litteris, aut expetito fauore coram nobis, aut Vicario nostro generali, siue etiam examinatoribus Synodalibus caussam suam perorent; quod si secus fecerint, ad concursum ipsum nullatenus admittentur.

34 Animarum Rectores, quorum est, non tantum gregem pascere, [x] & instruere, [y] sed & arguere, & corripere, [z] & pro ouibus animam ponere [a] conuenit, etiam Sacrorum Canonum auctoritate, & Ecclesiæ potestate defendi; Vt autem munus suum alacrius adoriri valeant, nec ab eo exequendo vllo timore, [b] quo & Princeps Apostolici cœtus lapsus est, [c] retrahantur, mandamus, ne quis in eos audeat conuitia, minas, multòque minus manus violentas (tametsi leuiter lædens) inferre, contra autem hæc facientes, sciant, nos per Canonicas [d] & alias extraordinarias pœnas, iuxtà personarum, & facti qualitatem decernendas & moderandas, [e] esse in eos animaduersuros.

t *c. licet. 8. q. 1.*
u *c. 1. & 2. cad. q. 2.*
x *1. Petr. 5. in princ. c. nulli 16. q. 1.*
y *c. sicut vir. in fin. 7. q. 1.*
z *Apost. ad Thimoth. 4. in princ. c. Ephesijs 43. dist.*
a *Ioannis x.*
b *c. quisquis, & c. nolite. 11. q. 3. cap.*
c *Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioann. 18. c. non solum abnegare ead. 11. q. 3.*
d *c. quicunquè contristauerit 11. q. 3. c. si quis suadentes 17. q. 4. c. quisqui. 24. q. 3. cum simil.*
e *l. si quis in hoc genus, & auct. sed. nouo iure. C. de Episc. & Cler.*

De Seminario. Cap. XVII.

CVm satis exploratum sit, plurium ad Christianorum vitam optimè instituendam, proficere, si pueri à teneris annis bonis moribus imbuantur, & à mundi voluptatibus, ad quas sequendas adolescentium ætas admodum prona est, coerceantur, ac Domini iugo ferendo ab ineunte ætate, [a] assuescant, omptimo, & saluberrimo consilio sacrosancta Tridentina Synodus [b] statuit, vt Episcopi

a *Hierem. Thren. 3. vers. 27.*
b *sess. 23. de refor. cap. 18.*

scopi pro suo pastorali munere certum adolescentium numerum, qui certo loco educarentur, deligerent, ex quo virtutum omnium, & Clericalis disciplinæ Seminarium constituerent, ipsique ad ætatem prouecti doctrina, & pietate, tanquam stellæ in perpetuas æternitates in Ecclesia fulgentes, cæteros valerent ad Iustitiam erudire; c cui tam salubri decreto, vt par est, obtemperantes, Clericorum huiusmodi Collegium, pro Diœcesis nostræ tenuitate accommodatum, constituimus. Quod vt (Deo dante) fructus aliquando vberrimos, ad ipsius Dei gloriam, & nostræ Ciuitatis, & Diœcesis vtilitatem ferre possit, hæc decreta, inuiolatè seruanda, præcipimus.

c c. fin. de Magistr.

2 Pueri qui singulari Dei beneficio ab eorum pastore, vt in Seminario instituantur, electi sunt, id in primis intelligere debent, qualis Tridentini Concilij Patrum d finis fuerit, vt Seminaria huiusmodi instituerentur, sæpèq; animo versare, vt illum (Diuino suffragante auxilio) ad animarum salutem, Ecclesiæ vtilitatem, Pastoris solatium consequantur.

d d. cap. 18.

3 Et quoniam duo præcipuè inter cætera in Clerico requiruntur, probitas scilicet, & doctrina, e vtraque est in Seminario comparanda, in illa, cuius quidem maior est necessitas, maiori studio elaborandum erit, & Adolescentes sicuti ob ætatem, quæ tenera est, haud magis ad voluptatem procliues, quàm ad boni impressionem flexibiles erunt, ita ad virtutes, & bona opera verbo, & exemplo inducendi sunt, vt eam vitæ rationem, quæ Populorum Rectoribus necessaria est, assequantur. Proinde vnusquisque sedulò curet, vt optimus minister pro huius Auersanæ Ecclesiæ vtilitate euadat. Siquis autem ob suam negligentiam, aut improbitatem (quod absit) vt pote quia à Clericalis vitæ instituto spontè recesserit, vel

e §. ecce. in fin. 36. dist. & c. 1. 38 dist.

suo

suo vitio à Seminario expulsus fuerit, id obtinere nequiuerit, se grauiter offensurum, atque à Deo, non secus atq; Ecclesiæ facultatis inuasorē, puniendum esse, certò sciat.

4 Duodecimo ætatis anno nondum inchoato, & post decimumsextum expletum nemo possit in Clericorum Seminarij nostri numerum adscribi. [f]

f Conc. Trid. d. c. 18

5 Quicunque etiam in hoc Collegio cooptari voluerit, sit ex legitimo matrimonio natus, competenter legere, & scribere sciat, voluntate, & indole se ministerijs Ecclesiasticis perpetuò fore addictum, specimen præseferat, [g] atque idoneum expromissorem det, se, si ad Presbyteratus ordinem non peruenerit, sumptus, à Seminario in alimentis, sibi præstitis factos, restituturum. [h]

g Conc. Trid. vbi supra.

h arg. l. 1. ff. de cond. causs. dat. & caus. non secut. cum sim.

6 Rector Seminarij se peruigilem in ijs, quæ suæ Custodiæ commissa sunt, prębeat, potissimum autem prouideat, nè cuipiam, qui vitæ probatæ non sit, ingressus in Seminarium pateat, [i] Mulieribus verò omnino denegetur: Clericos præterea quemquam (patre, matre, fratre, tutore, & eo, ad quem ipsius cura pertineat, exceptis) alloqui, nisi ipso, vel Præfecto præsente, & de nostra, vel Vicarij nostri licentia permittat. Cum autem aliquem ex Clericis è septis seminarij aliqua necessaria caussa egredi, opus fuerit, ipse Rector, vel Præfectus eum comitetur.

i arg. c. periculoso. de stat. regul. in 6.

7 Tonsuram Clericalem bis singulis mensibus renouent, & habitu vtantur solito, quem minimè dimittant, etiam recreationis gratia: in honestis ludis relaxandi animi caussa statutis temporibus se exerceant, [k] secularium verò commercium penitus euitent. In seminario cum pietate scientias, Ecclesiasticos ritus, & Cantus, ac liberales artes libenter discant, [l] quotidie verò orationi, ac meditationi, matutinis, & vespertinis horis aliquantulum

k S. Thom. 2. 2. q. 168. art. 3.

l Conc. Trid. vbi supra.

vacent,

vacent, Missæ sacrificio intersint, & singulis mensibus sua peccata Confessario, à nobis eligendo, confiteantur, ac cælesti pane reficiantur. Quę omnia etiam à Conuictoribus, si aderint, inuiolatè obseruanda sint.

m *d. c. 18. vers. quæ omnia.*

8 Tridentinæ Synodi [m] decretis obsequentes, decernimus, duos nostræ Cathedralis Ecclesiæ Canonicos debere vnà cum Vicario nostro generali Seminarium quolibet mense visitare, atque non tantum de eorum, qui in Seminario aluntur, vita, moribus, & disciplina inquirere, sed etiam Rectoris calculos circa quotidianos sumptus videre, & ab eodem Rectore quotannis dati, & accepti rationes omnes exposcere: Canonici autem erunt.

Admodum R. Octauius Fasolus subcantor.

Admodum R. Cœsar Forgionus Canonicus.

Communia Clericorum, & Laicorum.
Cap. XVIII.

PRæter ea, quæ supra, & infra vtrique statui accomodata passim constituta sunt, meminerint fideles omnes, diebus festis, quos sancta venerari præcipit Ecclesia, se breui interuallo sacro Missæ sacrificio, [a] vel id agentes, (si Sacerdotes sunt) vel ei interessentes, humanæ redemptionis mysterio contemplãdo, gratiarum actionibus Deo referendis, culparum veniæ inpetrandæ, humanitatis infirmitatibus arcendis recipiant, [b] pensumq; debita cum attentione, [c] ita vt, si fieri potest, quilibet, nisi re ipsa, saltem spiritu cõmunicet, [d] persoluant, atque quid loquatur Dominus, vocem per Concionatorem, vel Parochum ad eos sermonem habentem, promens, libenter audiant. Quia etiam quotidie labimur, & subsidijs indigemus, ac quotidie beneficijs diuinis afficimur, & ingratiores

a *c. Missas. d. cons. dist. 2.*

b *c. quãdo. dist. ead.*

c *cap. decet. de immun. Eccles. in 6.*

d *Conc Trid sess. 22. de Missæ sacrif. c. 6.*

res euadimus, ſtudeant filioli noſtri alijs etiam diebus rei diuinæ quàm frequentius adeſſe, nec vllum diem ſine aliquo ſpirituali exercitio, orationis potiſſimum, prout cuiuſque conditioni fas eſt, transigere, & quam ſæpius fieri poteſt, firmiſſimis Sacramentorum propugnaculis muniri. Orantes autem in Eccleſia (præcipuè dum ſacra fiunt) ſemper reuerenter, genibus ambobus flexis, mares detecto, fæminæ verò velato, iuxta Apoſtoli[e] prçceptum, capite maneant, nec vnquam ad ſanctiſſimam Euchariſtiam terga vergant,[f] atquè cum Saluatoris Ieſu Chriſti, ac Beatiſſimę Dei genitricis Mariæ auguſtiſsima nomina audiunt, ceruices flectant.[g]

2 Patres familias, heri, œconomi, opifices, & alij quicunque, qui aliquo modo filijs, famulis, domeſticis, aut operarijs præſunt,[h] ad pietatem, & diuinorum præceptorum obſeruantiam verbo, & exemplo prouocent, bonis moribus informent, Chriſtianam doctrinam doceant, vel ad eam audiendam, & ediſcendam adire compellant, &, quòad fieri poſsit, prauos, & perditos homines, aut qui ſe, ſuosque ad peccandum inducunt, ſi correctioni non eſt locus, à ſuo, & domeſticorum conſortio (vt præcepit Dominus Sancto Abraham[i] & ſe obſeruaſſe, vir ſecundum cor Dei Dauid profitetur[k]) eliminare conentur. Cum enim Apoſtoli ſententia,[l] qui hęc negligit, infideli deterior habeatur, diuini iudicij vltionem Heli Sacerdotis exemplo[m] vehementer formident.

3 Vſura, tam in noui,[n] quàm veteris[o] teſtamenti pagina acriter damnata[p] à Diœceſi noſtra omnino exulet, illiciti contractus nè celebrentur, nec quiſquam ipſis in eundis operam pręſtet, Notarijùe de ipſis inſtrumenta conficere audeant, aliàs tam ipſi, quàm contrahentes pœnas à Iure, & Sacris Cōſtitutionibus ſtatutas,[q] aliasq; arbi-

e 1. ad Corinth. 11.
f Pÿ v. Conſt. incip. Cum primum ſub dat. Kal. April. anno 1. verſ. vt igitur.
g d. c. decet de immun. Eccl. in 6. d. Conſt. Pÿ v.
h c. duo iſta 23. q. 4.
i Geneſ. 21.
K Pſalm. 100. iuſin.
l 1. ad Timoth. 5.
m 1. Reg 2. c. legant. 37. diſt. §. neceſſè 47. diſt. & c. licet Heli de Simon.
n Luc. 6.
o Pſalm. 14. Ezechiel. 18.
p c. 3. de vſur.
q c. 3 & c. praterea de vſur. c. 3. & c. quoniam 14. q. 4. cum. ſim.

arbitrio nostro statuendas, [r] dabunt. Vt autem id omnibus innotescat, fel. record. Sixti Quinti, [s] super illicitis contractibus Constitutionem, vel ipsius compendium primo quolibet Dominico die Augusti quotannis populo promulgent; & materna lingua pronuncient.

4 Scribentes, vel affigentes famosos libellos, vel tali delicto consilium, auxilium, aut fauorem præstantes, excommunicationis sententiam [t] ipso facto subeant, & alijs etiam pœnis à sacris Constitutionibus [u] statutis subdantur.

5 Ij etiam, qui salutis immemores post suas concupiscentias eunt, ac diabolico potius quàm humano more in carnis sordibus tabescunt, atque in continuo damnationis statu vitam agunt, nisi resipuerint, iuxta Ecclesiasticas sanctiones, [x] censuris, & alijs etiam pœnis, iuxta personarum, & facti qualitatem decernendis, plectentur.

r Corn. cons. 19. nu. 10 lib. 3 & de communi Menoch. de Arbit. Iud. centur. 4. cas. 398. nu. 40.
s subdit. 12. Kal. Nouemb. an. 2 incip. Detestabilis auaritie.
t c. 2. & 3. 5. q. 1.
u c. 1. ead. caus. & q. & Const. Pij v. incip. Romani Pontif. sub dat. 16. Kal. Aprilis anno 7.
x Leon. x. in Conc. Lateran. incip. superne dispositionis. sub dat. 3. Non. Maij 1514. vers. concubinarij. & c. & Conc. Trid. sess. 24. de reform. matr. c. 8.

De Ludimagistris. Cap. XIX.

CVm autem sensus, mensque humana ab adolescentia ad malum prona sit, [a] ideo non ita facilè virtutibus imbuetur, nisi præceptis, & animaduersionibus, cum congrua disciplinarum traditione, à pueris erudiatur. Nihil enim est Christianę Reipublicæ, vtilius quàm adolescentium optima institutio. Quocirca Ludimagistri sedulam nauent operam, nec in hoc munere obeundo quicquam ab eis desiderari, sinant, vt ipsorum opera Catolica Religio, & Christiana pietas in dies maiora capiat incrementa.

a Genes. 8. in fin.

2 Ac nè morbus, quem in discipulis euitari curamus, Magistrorum vitio serpat, atque eò difficilius medela adhibeatur, quò facilius medicus, dum mederi profitetur, inficiat,

sciat, sancimus, vt nemo in posterum in nostra Diœcesi ad pueros erudiendos, ludumque litterarium aperiendum assumatur, qui vita, & moribus à nobis cognitus, & probatus, facultatem id munus exercendi, scriptam à nobis, vel Vicario nostro obtinuerit, fideique professionem emiserit, [b] si quis autem forma, modò tradita, non seruata, in aream huiusmodi descendere ausus fuerit, decem ducatis mulctabitur, & in subsidium Ecclesiastica censura feriatur.

3 Docentes Grammaticam, libros, in Romano indice damnatos, aut lasciuè, siue obscœne tractantes, licet latini sermonis elegantia præstantes, pueris legendos, interpretandosuè nequaquam proponant, [c] sed eos duntaxat, in quibus diuina mandata traduntur, quiq; ad modestiam, & pietatem animum pulsant, [d] vel certè, tametsi Ethnicorum monitis, & fabulis referti, Christianæ tamen religioni, & honestati non aduersentur, atque à nobis, vel Vicario nostro permissi sint, ob latinæ elocutionis necessitatem [e] interpretentur; Qui verò hoc decretum violauerint, docendi munere priuentur, & alijs pœnis, arbitrio nostro dandis, subiaceant. Diebus autem Dominicis, & ferijs alio doctrinæ genere pueros non erudiant, quam ijs quæ ad Christianæ fidei rudimenta, diuina præcepta, & Ecclesiastica monita pertinent. [f] Quos imo etiam, atque etiam obsecramus, vt ijs diebus pueros, sacra tẽpla adire, ad missas integras audiendas doctrinã Christianam addiscendam, prædicationes, & sermones verbi Dei, Diuinaq; officia frequentanda, operaque spiritualia exercenda compellant. [g]

4 Eos etiam à Comœdijs, saltationibus, tripudijs, ludis, alijsque inanibus verbis, & inhonestis laxamentis, [h] quibus facilè boni mores corrumpuntur, prohibeant, cu-

b *Const. Pij 4 dat. Idib. Nouemb. ann. 5. incip. in sacrosancta.*

c *Leon. x. Const. in Conc. Later. incip. superna dispositionis dat. 3. Non. Maij 1514. vers. & cum omnis, &c. & facit c. 2. 2. legant. & c. ideo. 37. dist.*

d *c. si quis, & c. de quibusdam dist. ead.*

e *d. c. 2. & d. c. de quibusdam.*

f *ad trad in c. ieiunia de cons dist. 3.*

g *Const. Leon. x. supra allegat.*

h *S. Thom. 2 2 q. 168. art. 3.*

rentque sedulò, eos talem virtutum habitum induere, qualem tóto vitæ curriculo sunt conseruaturi.

De Sanctimonialibus. Cap. XX.

a Matth. 25. Bernard. ad sororem serm. 21.
b c. si Paulus & c. seq. 32. q. 5.
c sapient. 8. in fin.

Præstantissimum castimoniæ donum, tanquam inæstimabilem thesaurum Moniales, vt prudentes Virgines, quæ oleum etiam in vasis habuerunt [a] non tantùm re, sed etiam voto, & intentione custodiæ studeant, [b] ipsumque à Domino acceptum ferant, ac profusis precibus sine intermissione ei commendent, [c] bonisque operibus promereri nitantur, vt post vitæ præsentis curriculum coronam, quam sibi castè seruientibus seruauit Deus, accipere mereantur.

d Cantic. 1. vbi S. Bernard. serm. 7.
e Idem S. Bernard. ibidem serm. 9. prope fin.
f c. cum ad Monasterium. 1. respons. de stat. Monach. Conc. Trid. sess. 25. de regul. c. 2.
g Io. And & Abb in d. c. cum ad Monasterium, & sentit Conc. Trid. d. c. 2.

2 Summa pietate, & feruenti alacritate paupertatis, castitatis, & obedientiæ vota, quæ Deo sponte spoponderunt, præstare curent, spiritui carnem subijciant, castigationes, ieiunia, corporisque afflictationes, tanquam honorifica blandimenta Cęlesti sponso libenter prębeant atque orationibus, ac meditationibus intentæ, osculo oris Dei, [d] cuius dulcedine religionis incommoda, & labores temperent inhiare non desinant, deinde vberibus etiam Cęlestis delectationis auidè sugendis adhæreant, [e] quarum lacte, vino meliore inebriatæ, nullam amplius carnis repugnantiam diuino seruitio mancipatæ sentiant.

3 Proprietatem etiam modicæ rei, tanquam omnium malorum escam, abhorreant, [f] vnde nec munera accipiant, nec sibi dari, postulent, aliquibus exceptis rebus, quas de Abbatissæ licentia, seruataque nostri decreti forma ad vsum, si ijs sibi necesse sit, [g] retinere poterunt. Munera tamen extra Monasterium mittere sub pœnis in

eodem

eodem decreto, & Clementis Octaui Constitutione[h] comminatis, nullo pacto audeant.

4 Diuinum officium iuxta proprium institutum simul in Choro religiosè persoluant, nec alicui ab eo vacare liceat, nisi sibi de Abbatissæ licentia (infirmæ tantum ipsius valetudinis, seu alia graui, ad Monasterium spectante, caussa) indultum fuerit.[i]

5 Ad mensam omnes pariter simul refectionem sumãt, eoque tantum cibo, qui omnibus communis, non autem alicuius peculiaris sit, (excepto tamen ægritudinis casu, quo extra commune triclinium quælibet cibum sumere poterit) vescantur.[k]

6 Dum in Choro ad diuina persoluenda consistunt, silentium seruent perpetuum, idem etiam cum in triclinio reficiuntur, atque cum in Dormitorio horis consuetis indictum est, non omittant.[l]

7 Ad Clathros collocutionibus destinatos neminem alloquantur sine licentia Abbatissæ; ipsa autem nullo pacto colloquium permittat, nisi facultatem, à nobis, vel Vicario nostro subscriptam, acceperit,[m] Dum verò aliqua earum colloquendi gratia consedet, eæ, quæ colloquijs ex officio præesse tenentur, intersint,[n] nec reliquæ Moniales eò accedant, sed tanquam operosæ in Cęllis, aut in alio Monasterij loco aliquo manuum opere se exerceant: sint autem semper colloquia perbreuia.[o]

8 Cum ob aliquam Monasterij necessitatem ianuam aperiri, contigerit, nulla Monialis ex ea quenquam alloquatur, pęna excommunicationis, nobis reseruata, siqua id commisserit, ipso facto imminente.

9 Vt Cœlestis gratiæ thesaurus tutius incrementum accipiat, & custodiatur, nec obsequium, diuino numini præstandum, curis secularibus interpelletur, volumus, vt

h *sub dat. 13. Kal. Iul. 1594. anno 3. incip. Religiosæ Congregationes.*

i *arg. c. 1. & fin. 92. dist.*

k *d. c. cum ad Monasterium vers. in refectorio de stat. Monach.*

l *d. c. cum ad Monasterium vers. in Oratorio.*

m *ad cap. periculoso in fin. prin. de stat. Regul. in 6.*

n *c. diffinimus, & c. in decima 18 q 2.*

o *d c. diffinimus & c. in decima in fin.*

Aduentus, & Quadragesimæ tempore, iisque diebus, quibus Moniales Sacratissima Eucharistia refectæ sunt, nec non ijs horis, quibus ipsæ in Choro diuinæ Psalmodiæ operam nauant, à quibuscunque colloquijs licet ij qui alloqui cupiunt, legitimam facultatem id agendi, à nobis, vel Vicario nostro, vt præscriptum est, obtentam, exhibuerint (necessitatis tantùm caussa excepta) penitus abstineant.

10 Septa Monasterij nemo ingredi audeat, nisi necessitatis caussa subsistente, facultatem à nobis, vel à Vicario nostro in scriptis obtinuerit. [p] Cum autem quisquam ingreditur, campanula significetur, vt omnes sese ab ingredientium conspectu recipiant, eumque duo, vel tres ex Senioribus comitentur, [q] & de necessarijs tantum rebus colloquantur, nec eos per Monasterium vagari vltra necessitatem, permittant: sint etiam valde sagaces, quæ ad portę, & Rotarum custodiam sunt destinatæ, ne quid scandali ob suam incuriam contingat, alioquin munerum vocisque actiuæ, & passiuæ, prout nobis videbitur, amissionis periculo subiacebunt. [r]

11 Magni refert, vt alijs præsint, quæ cæteris digniores moribus, & Monasticę disciplinę actibus conspicuæ sunt, [s] non autem eæ, quæ humanis fauoribus euehuntur: Ideo in Abbatissę aliarumuè cuiuscunque Monasterij Pręposi-tarum electione omnis omninò ambitus absit, ac Moniales in suffragijs ferendis proprios deponant affectus, & Dei gloriam, monasticę regulę obseruantiam, & Domus vtilitatem ante omnia sibi proponant: [t] quod si quampiam per se, vel per aliam munus aliquod quoquomodo ambire, vel procurare, aut per ambitum electam fuisse, constiterit, omni munere, ipsiusque vlterius assequendi spe priuetur. [u] Electiones autem huiusmodi semper nobis,

p d. c. periculoso, & Conc. Trid. sess. 25. de regul. c. 5.
q Greg. 13. Const. sub die 23. Decemb. 1581. incip. Dubijs, quæ emergunt.
r arg. c. 1. de cust. Euchar. & c. 2. de off. cust.
s c. 3. & 4. 18. q. 2.
t Auth. de Sanctiss. Episc. §. iubemus.
u arg. l. vn. ff. & C. ad l. Iul. de ambit.

bis, vel nostro Vicario, aut alia persona à nobis specialiter deputanda præsentibus iuxta Concilij Tridentini [x] præscriptum fiant, aliàs irritę, & inanes ipso iure sint.

x sess. 25. de regul. cap. 7.

12 Nemini quicquam, quod ad Monasterium pertinet nobis, vel nostro Vicario inconsultis, alienare, vendere, permutare, locareue, aut ędificare, pœna nullitatis omnium actorum, & excommunicationis trangressoribus imminente liceat. [y]

y. arg. c. si cupis, & c. Eccles. 16. q. 1.

13 Nihil omnino intra Monasterij septa retinendum, aut seruandum, quod ipsius Monasterij proprij proprium non sit, recipiatur, [z] ac, si Abbatissa id permiserit, graues arbitratu nostro luet pœnas.

z arg. c. fin de cust. Euchar. & c. pen. & fin. 42. dist.

14 Sacrum pęnitentiæ Sacramentum, Sanctamque Eucharistiam semel saltem singulis mensibus, pręter solenniores dies, frequentent: [a] Confessarius verò, dum in Pęnitentiario Tribunali residet, superpelliceo, stolaquè indutus, id munus pręstet, [b] nec vnquam, cum ob alicuius Monialis necessitatem ingredi sibi opus est, [c] aliter quàm sic amictus, ingrediatur.

a Conc. Trid. ead. sess. 25, cap. 10.

b arg c. Presbiter, & c. seq. 23. dist.

c Iuxt. Const. Greg. 13. super alleg.

15 Is tantùm horis, quibus Moniales Confessiones habent, vel quo tempore celebrantur Missę, & Vesperarum officia decantantur, Monialium Ecclesię fores aperiantur, alio verò tempore perpetuò clausæ sint.

16 Ostia Monasterij, locaquè colloquijs destinata sub vigesimam tertiam horam, Rotarum verò circa vigesimam quartam claudantur, clauesquè, Abbatissa, statim sibi, custodiendas, afferri, curet.

17 In admittendis Virginibus ad Monasticum habitum suscipiendum, aut ad professionem emittendam, quę à Sacro Concilio Tridentino [d] decreta, nec non à Sacra Congregatione super negotijs Regularium sancita sunt,

d Conc. Trid. sess. 25. de regul. c. 15. 17. & 18.

integrè, & inuiolatè seruentur.

18 Quandiu puellę educationis gratia in Monasterium receptę fuerint, ad easdem clausurę, colloquij, & modestię leges, quas ipsęmet Moniales seruant, omnino obseruandas, teneantur.

19 Cum nihil magis Monialium mentes à diuino cultu, Virginali puritate, & regulari obseruantia reuocet, & auellat, quàm nimis frequentes, & immoderati sermones, quos cum secularibus personis ipsæ habent, [e] iddirco huic tam graui periculo pro nostra pastorali solicitudine congruè occurrere cupientes, pręcipimus, nè quisquam, cuiuscunquè sexus, status, gradus, & conditionis existat, (patre tamen, & matre cuiuslibet Monialis, qui cum ea tantùm verba facere possint, exceptis) [f] ad colloquendum cùm Monialibus, nisi de nostra, vel Vicarij nostri generalis licentia in scriptis accedat, aut colloquatur, aliàs excommunicationis sententià ipso facto incurrit, [g] atque Monialis, quę sine Abbatissę consensu allocuta fuerit, Regulari correctioni, arbitrio ipsius Abbatissæ, nostroquè moderandæ, subiaceant; ac, si fortè Abbatissa ipsa sine nostra facultate, in scriptis sibi exhibita, vt præscripsimus, [h] licentiam impertierit, grauiter arbitrio nostro, etiam muneris amissione, puniatur: eandem excommunicationis sententiam incurrat, qui, obtenta cum aliqua nominatim Moniali loquendi licentia, cum alia locutus fuerit, aut cum qua, & si licentiam obtinuerit, de re minus honesta tractauerit. Sacerdotes etiam quicũque in Monialium Ecclesijs sine nostra, vel eiusdem nostri Vicarij facultate in scriptis danda, celebrantes, suspensi sint ipso facto. [i]

e *S. Bernard. ad sororem. serm. 57. & 58.*

f *d. c. diffinimus in fin. 18. q. 2.*

g *c. Monasteria. de vit. & honest. Cler. probat. d. c. periculoso ibi ingressus vel accessus, &c. de stat. regul. in 6.*

h *supra §. 7.*

i *d. c. Monasteria.*

20 Quæ omnia in præsenti Synodo præscripta, nec non in visitatione à nobis decreta sunt, sedulò curent Abba-

tissæ, inuiolatè seruari; aliàs pœnis, in decretis ipsis contentis, alijsquè arbitrarijs afficientur.

De Sacrosanctis Ecclesijs. Cap. XXI.

MAterialia templa, in quibus Diuino Numini tum laudis, tum salutaris hostiæ, in Cruce semel, & in Ecclesia quotidie oblatæ, acceptabilia sacrificia exhibentur, ipsius Dei esse Domum, [a] in qua peculiari quodammodo inter nos habitare dignetur, nemo fidelium est, qui ignorat: Idcirco, eam omnem decere sanctitatem, pulchritudinem, ac decorem quæ spirituali Ecclesiæ Dei sponsę conuenit, & in Cęlesti illa Hierusalem, propria Diuinę Maiestatis habitatione, reperitur, [b] sacris docti pręceptis, etiam id, quantùm possibile est, nequaquam in templis nostræ Diœcesis desiderari, cupientes, aliqua statuere operæ prætium duximus.

2 Nemo igitur nouam Ecclesiam ædificare audeat, [c] nisi prius à nobis facultate impetrata, area designata, ibiquè primo lapide Pontificali ritu consecrato: facultatem autem huiusmodi prius, quàm constiterit, omnia, ex Sacrorum Canonum decretis statuta, [d] in promptu esse, nihilquè ædificio struendo de futurum, legitima cautione receptum fuerit, nequaquam concedendam esse, nobis præscripsimus.

3 Oratoria, Capellæ, & Altaria siue publica, siue priuata absquè auctoritate nostra nè construantur, nequè de loco ad locum tranferantur: [e] Rectores autem Ecclesiarum, si quid huiusmodi patratum norint, infra triduum nos de nouo opere reddant certiores, [f] aliàs suæ desidiæ pœnas, arbitratu nostro decernendas, sument.

4 Omnes Ecclesiæ, Oratoria, Cappellæ, & Altaria, quæ

a *3. Reg. 8.*

b *cap. Ecclesia vbi Turrecr. nu. 11. de consec. dist. 1.*

c *c. nemo ead. dist. c. quadam. 18. q. 2.*

d *d. c. nemo c. 1. 1. q. 2. c. pia, vbi glos. in verb. collata 16. q. 7. c. cum sicut vbi Doct. de cons. Eccles. vel Altar.*

e *vnicuiq; vbi glos. cum duob. seqq. de cons. dist. 1. cap. ad audientiam, de Eccles. ædif. c. quamuis 68. dist. cap. nullus presbiter. de cons. dist. 1. cum simil.*

f *arg. l. 1. §. nunciatio de nou. oper. nunciat. cum sim.*

quæ legitimè constructa sunt, reparatione indigentia, re- parentur; [g] Icones etiam vetustate deformatæ (quod & ad eandem rationem pertinet) [h] instaurentur, aliàs ab ijs, quos id præstare oportet, per bonorum ablationem, fructuum, & locorum huiusmodi sequestrationem, aliaque Iuris remedia fieri, mandabimus. Et, si loca pręfata fuerint indotata, nec eà, qua decet, ratione semestri interuallo constructa, ornata, & reparata, iussu nostro diruentur. [i] Parietibus etiam horum sacrorum locorum nihil hęreat profani, [k] sordidi aut impuri, ac procul ab ipsis sint tabernę, sterquilinia, & alia quęcunquè locis huiusmodi indecentia.

5 Siue ante, siue propè tum Secularium, tum Regularium Ecclesias, aut cœmeteria, vel in ipsorum porticibus, multòque minus in Ecclesijs, ipsis, vel cęmeterijs ludos exerceri, [l] lintea extendi, sordes proijci, comestiones fieri, [m] atquę quarumcunque rerum, etiam comestibilium, merces venales exponi, aut vendi, [n] cuilibet pœna duorum ducatorum, quotiescunque delinquerit, statuta, prohibemus.

6 Rurales Ecclesias extrinsecus à fronte aliquo colore, pręcipuè autem rubro, intra sex menses decorari, & supra cuiusque ipsarum portam imaginem Sancti Titularis eiusdem Ecclesię pingi, hortamur.

7 In Ecclesijs, & Oratorijs noctu commorari nemini liceat: [o] excipimus tamen, vt nocte Natiuitatis Domini, dum Diuina officia celebrantur, cuilibet ibi permanere liberum sit; sicut etiam dum orationes quadraginta horarum fiunt, id viris tantum, ibi orantibus, concedimus. Hominum etiam conuentus, Iudicia, contractus, negotiaq; secularia quęcunque, atq; eorundem consultationes, cōtractus, aut deliberationes in sacris locis minimè fiat. [p]

g c. 1. & c. de his. de Eccles. ędif. c. decreuimus, & c. seq. 10. q. 1. Conc. Trid. sess. 7. de refor. c. 7. & 8.

h Bald. in l. si quis ad declinandam C. de Episc. & Cler.

i arg. c. Ecclesia, & c. placuit. de cons. dist. 1.

k §. nec in atria, & c. nulla vbi Doct. 12. q. 1. l. 1. & 2. ff. ne quid in loc. sacr.

l c. cum decorem. de vit. & honest. Cler.

m c. non oportet. 42. distinct.

n c. decet. de immun. Eccles. in 6.

o d. c. non oportet. 24. distinct. arg. c. 2. vbi Turrecr. de cons. dist. 3.

p d. c. decet. & Cost. Pij v. dat. Kal. Apr. ann. 1. incip. cum primum vers. vt igitur &c.

8 Quę-

8 Quæcunque Oratoria, siue Cappellæ, temporum iniuria, aliauè caussa dirutæ, in profanos vsus sine facultate nostra nullo modo conuertantur, q & non obtemperantes proprijs sumptibus locum pro mulcta reparent; si qua verò loca huiusmodi in præsentia reperiantur diruta, ab ijs, quorum est, super solo, ruderibus, aut ruinis duorum mensium spacio (si duarum vnciarum auri pendere pœnam nolunt) crux desigatur. r

q c. qua semel. & c. quoniam 16. q. 3. c. ligna de consdist. 1. c. ad hac. de Relig. domib.

r ad nol. per glos. in d. c. qua semel in fine, & ibi Doct.

9 In Ecclesijs siue Vrbanis, siue Ruralibus decens est, vt nihil aliud, quàm quod pertinet ad Diuinum cultum Ecclesiasticumque ritum retineatur, aut conseruetur: s Ideo in ipsis frumenta, legumina, ligna, frugesque quæcunque, & profana omnia, etiam breui amouenda, recondi, mulcta ducatorum decem, quoties patratum fuerit, ac rerum conditarum, pijs locis donandarum, amissione, imminente, inhibemus.

s c. pen. dist. 42. c. vlt. de custod. Eucharist.

10 Purgentur cœmeteria à quibuscunque sordibus; atq; vt iumentis, ac bestijs non pateat aditus, vndique muro, aut certè tuta sepe ambiantur, ostioque, aut Cancello, ex quibus, cum opus fuerit, ingredi liceat, aliàs semper clausis, muniantur: Nec Rectores patiantur, in eis aliquod profanum, fœdum, indignumuè fieri, t aliàs pergraues luent pœnas.

t arg. d. c. decet. cum simil.

11 Ecclesiarum Rectores, alijque, quorum interest, iuxta Lugdunensis Concilij statutum, u ac Pij Quinti Constitutionem, x accuratè vigilent, nè in locis, Deo dicatis, seditiones, aut tumultus concitentur, nè clamores, aut cachinni exaudiantur, neuè ambulationes fiant, præcipuè verò dum diuina celebrantur officia, diuinique verbi conciones habentur. y

u d. c. decet. §. ordinarij.

x supra allegatam.

y Conc. Trid. sess. 22. decret. de obser. in celebr. miss. vers. ab Ecclesijs.

12 Decet in Ecclesia Dei cum omni reuerentia versari, ideo nemo Altaribus adhæreat, aut incumbat, neuè in eis,

quod dedeceat, apponat; si quis autem contrafecerit, pœnam, nostro arbitrio irrogandam, non euadet.

13 Pauperes, & mendicos per Ecclesias, dum sacra fiunt, & diuina officia recitantur, eleemosynam quæritantes æditui, ne fidelium mentes à diuinorum meditatione, & pijs precibus abstrahantur; sedulò prohibeant, eosque in templorum foribus consistere iubeant. [z]

z *alleg. Const. Pij v. vers. pauperes quoq; &c.*

De Cantu Ecclesiastico. Cap. XXII.

CVm cantus in Ecclesia ideo à Sanctis Patribus instituti sint, vt audientium animi ad pietatem, & deuotionem prouocentur, [a] Magistris Musices mandamus, vt ijs tantùm numeris, & modulis vtantur, quibus diuina verba distinctè exprimantur, atque Antiphonæ, Responsoria, aliaque, quæ secundum temporum diuersitatem ab Ecclesia præscripta sunt, recitentur: [b] Cantus verò, aliquid redolentes lasciui, aut profani; ad instar theatralium modulationum, quarum delectatione mens à diuinis reuocari solet, non exaudiantur: [c] Quod & obseruari volumus à moderatore organorum: Cætera verò musica instrumenta, quorum uis præcipuè ad pruriendum auribus, non autem ad informandam mentem valet, [d] ab Ecclesiasticis concentibus (nisi aliud nos pro locis & temporis opportunitate probauerimus) omnino arceantur.

2 Vt autem vnusquisquè percipiat, id psallendi genus muneris esse Angelici, [e] neç perinde ac profanos cantus tractari debere, ideo habitus etiam canentium congruens adhibeatur; quocirca Clerici, dum in Choro, aut in publicis supplicationibus numeris musicis psallunt, superpelliceum, & pileum Clericalem induant, laici verò arma deponant.

a *S. Thom. 2. 2. q. 31. art. 2. extrau. docta in princ. de vit. honest. Cler.*

b *d. extrau. docta vers. sed nonnulli.*

c *c. 1. & 2. 91. dist.*

d *extrau. docta & Conc. Trid. sess. 22. decret. de obseru. in celebr. Miss. ab Eccl.*

d *S. Thom. alleg. art. 2. ad 4.*

e *S. Bernard. ad orat. ser. 52.*

De

De rebus Ecclesiæ & piorum locorum. Cap. XXIII.

MAximè quidem verendum est, ne Dominus noster IESVS CHRISTVS suo patrimonio fraudetur; ac bona Ecclesiastica, & piorum locorum, in ipsarum Ecclesiarum, ac pauperum, & Clericorum vtilitatē dispensanda, proprijs alicuius vsibus, siue etiam abusibus applicentur; quando quicunque circa ea iniquè gesserint, ipsius Domini gloriam visuros non esse, Prophetica sententia [a] pronunciatum est; Idcirco gregem, nobis subditum, quantùm diuina virtute suffulti possumus, obtestamur, ne bona, siue mobilia, siue immobilia, census, Iurisdictiones, Iura siue feudalia, siue emphiteotica, fructus, redditus, & emolumenta quæcunque Ecclesiarum, & piorum locorum vsurpent, inque suum vsum conuertant, retineant, neuè ab ijs, ad quos Iure spectant, percipiantur, impediant, vel prohibeant, aliàs sacrilegij, & homicidij sacrorum Canonum auctoritate [b] corripientur, & excommunicationis sententiam, à quà à nemine, præterquam à Summo Pontifice absolui poterunt, ipso facto incurrent [c] Clerici etiam; Ecclesiastica beneficia possidentes; meminerint, se non tanquam rerū Ecclesiæ Dominos, sed procuratores tantùm, & pauperum quæstores, [d] arbitrari: proprio autē vsui (quod sibi licet) consulentes, caueant, ne de Dominico patrimonio luxurientur, ita vt Ecclesiæ, & pauperum necessitatibus desint, [e] eoque abutentes Iudicium sibi manducent & bibant, [f] & pari ratione ex sacrorum Canonum sententia rapinæ, & sacrilegij sint obnoxij. [g]

a *Isaiæ 26. S. Bernard. serm. 23. super Cantic. prope fin. vers. pauendum valde, &c.*

b *cap. 1. cum plur. seqq. 12. q. 2.*

c *Concil. Trid. sess. 22. de reform. c. vlt.*

d *c. Episcopus. c. si res. §. si ergo, & c. fin. 12. q. 1. & c. 3. vers. quæ tamen 23. q. 7.*

e *S. Bernard. vbi supra, & in Epist. 1. circa fin. vers. dignum est.*

f *c. fin. in fin. 16. q. 1.*

g *c. gloria in fin. 12. q. 2. & d. §. 3. 23. q. 7.*

2 Administratores omnes quorumcunque bonorum,

redditiuum, prouentuum cuiuslibet piæ domus, loci, vel caussæ iuxta præscriptum à Tridentina Synodo decretum [h] eorum administrationis rationem nobis, vel quibus id commiserimus, singulis annis referant, alioquin liberationes, quomodocunque ipsis à quacunque persona factæ, viribus non subsistant, quin etiam ipsi alijs pœnis, arbitrio nostro decernendis, afficientur. Immobilia etiam bona locorum huiusmodi (ne ab administratoribus debita cura, & studio fraudentur) quotannis à personis, auctoritate nostra eligendis, visitentur.

h *sess. 22. de refor. c. 9.*

3 Electiones Magistrorum, Priorum, Electorum, Magistratuumque quorumcunque, vulgò officialium nuncupatorum, Ecclesiarum, Oratoriorum, Confraternitatum, Congregationum, Hospitalium, & quorumlibet piorum locorum discreto, maturoque consilio, & deliberatione fiant, &, si Confraternitates, & pia loca huiusmodi in Parochialibus Ecclesijs existant, Parochi ipsi electionibus interueniant [i] Ijs, qui per se ipsos munus obire, & onus sustinere nequeunt, [k] aut qui eorundem piorum locorum ære grauati sunt, [l] nequaquam eligantur: Munus annuũ tantum sit, [m] eoque expleto noua fiat electio, ac priores, officiales suæ administrationis rationem intra octo dies referre, &, si quid reliquum erit, restituere intra alios quindecim dies successoribus teneantur: Si verò ex aliqua iusta caussa, à nobis probanda, priores, aut officiales huiusmodi viderentur confirmandi, ad alium annum, (non tamen vltra, & hac lege, vt prius accepti priori anno, & expensi rationes retulerint) confirmari possint. [n] Quod si post præsentis decreti publicationem vltra id tempus aliquem in administratione officiorum huiusmodi permansisse, constiterit, munus statim deponat, atque electores alium in eius locum sufficiant. Electiones autem secus, quàm

i *arg. c. ad audientiam de Eccles. ædif.*
k *arg. c. quia nonnulli & cap. seq. de Cler. non resid.*
l *auct. minoris C. qui tut. dar. poss. iunct. Clem. quia contingit de relig. domib.*
m *ad Conc. Trid. d. c. 9. ibi singulis annis, &c arg. l. sine C. de extrat. & exact. lib. 12.*
n *ad idem Conc. sess. 25. de refor. c. 8. in*

quàm præſcriptum ſit, factæ, nullæ ſint, & eligentes ſi doloſè contra formam eiuſdem decreti verſati fuerint, electique ſi vltra biennium in administratione perſeuerare auſi fuerint, vigintiquinque libris cereorum, ex cera alba compactorum, ipſis locis pijs applicandorum, mulctentur; ſi verò ijdem officiales in reddenda ratione, & eorũ, quæ ipſis ſupererit, reſtitutione morosi fuerint, excommunicationis gladio feriantur.

4 Singularum Eccleſiarum, & piorum locorum Rectores, ſiue Adminiſtratores bonorum mobilium indicem, nec non immobilium cum ſuis denominationibus, limitibus, & deſcriptionibus omnibus, nominumquè debitorum, Iurium quorumcunquè ad notationem bimeſtri interuallo deſcribant, [o] tradantque ijs, qui de mandato noſtro codici, ex ſingulis notationibus, & indicibus huiuſmodi exarando, & in Archiuio Epiſcopali perpetuò aſſeruando, præfecti ſunt: Qui verò contumaces, aut minus in referendo fideles, aut negligentes reperti fuerint, adminiſtratione priuentur, ac viginti ducatis, alijsque grauioribus, arbitratu noſtro decernendis, pænis mulctentur, & in ſubſidium Eccleſiaſticæ cenſuræ ſubdantur.

o cap. manifeſta vbi gloſ. & c. ſeq. 12. q. 1. Conſt. Xiſti v. incip. Prouida dat. 8. Iuny 1587.

5 Tabelliones, quaſcunque poſtremas tabulas conſcribendas intra Diœceſis noſtræ limites rogati, inſtitutiones, legata, ac relicta omnia ad pias cauſſas menſtruo ſpacio, à die obitus teſtatoris computando, Curiæ noſtræ Epiſcopali denuncient, aliàs ſententiam excommunicationis ſtatim incurrant.

6 Quærentibus eleemoſynas piorum locorum nomine conſtituatur certa merces, nec ipſi vllo pacto Eleemoſynarum, quas colligunt, participes fiant, ne facultate, ſibi impertita, cupiditatis cauſſa abutantur: Ipſi verò ſine noſtra, vel Vicarij noſtri patenti, & quotannis renouan-

da

da licentia nequaquam quæritent. [p]

7 Si quis adminiſtrator piorum locorum, ſiue per ſe ſiue per alium, aut cum alterius communione, vel ſocietate bona, fructus, aut redditus illius loci, cuius negotia adminiſtrat, emerit, aut conduxerit, ab officio amoueatur, atquè indignus, cui talium rerum adminiſtratio in futurum committenda ſit reputetur. [q]

8 Locationes bonorum, aut prouentuum, quarumcunque piarum domorum, cauſſarum, aut locorum, non aliter quàm per licitationem, tam in locis, in quibus bona ſita ſunt, quàm in vicinioribus explendam, fiant, & licitatori, plus offerenti, addicantur, [r] nec prætereà eæ præmaturis, &, vt vulgò dicuntur, anticipatis ſolutionibus aliter, quã nobis ſcriptùra annuentibus, celebrentur, [ſ] alioquin nullæ ſint.

9 Clericis, ac Rectoribus, Eccleſiarum quarumcunque decedentibus, nemo bona mobilia. aut ſuppellectilia, Iura, Inſtrumenta, nomina debitorum, & quælibet alia ad Eccleſiam pertinentia, à domibus ipſius Eccleſiæ, aut aliunde amouere, ac ſibi habere, aut alteri dare, ſiue concedere audeat, [t] ſi quis verò id attentauerit, tanquã Eccleſiaſticorum bonorum inuaſor, excommunicationis ſententiam ipſo facto ſe, nouerit, incurſurum. [u] A ſucceſſore verò bona, & iura huiuſmodi ab ijs, ad quos peruenerint, (prout eos omninò adſtringimus) quamprimum, etiam auctoritate propria, vendicentur. [x]

10 Pauperibus tantum, & verè peregrinis in hoſpitalibus, ad vſum pauperum, & peregrinorum paratis, locus ſit, [y] Circulatores verò, & alij huiuſmodi nullo pacto recipiantur: viri ducentes ſecum mulieres iuuenes, vbi de eorum matrimonio non cõſtiterit, commorari vltra vnam noctem non permittantur, atque, licet de legitimo inter

cos

p c. cum ex eo de pænit. & rem. Clem. abuſionibus eod. tit.

q arg. l. pupillus §. idem ſi tutor. ff. de auctor. tut vinct. d. Clem quia contingit §. vt autem de relig. domib.

r arg. auct. hoc ius porrectum C. de ſacroſ. Eccleſ.

ſ c. precariæ, cum duob. ſeqq. 10. q. 2. Conc. Trid. ſeſſ 25. de reform. c. 11.

t c. non liceat Clericus. c. de his & c. ſeq. 12. q. 2. & cap. ſicubi ead. q.

u Concil. Trid. ſeſſ. 22. de reform. c. 11.

x Conſt. Pij v. dat. 3. Kal. Septembris 1567. ann. 2. incip. Romani Pontif.

y arg. c. paſtor 1. q. 2.

eos coniugio appareat, simul cubare, ob scandalum, quod ignorantibus coniugium suboriri posset, & ob loci religionem non concedatur. [z] Aegris necessaria quæcunq; ministri exquisita charitate suppeditent, præcipuè verò curent, vt ipsi peccata sua legitimo Sacerdoti confiteantur, sacro viatico reficiantur, ac demum, postulante tempore, extremæ Vnctionis Sacramento roborentur, aliàs diuini iudicij, nostræque iustæ animaduersionis sentient rigorem. [a]

z *ad not. per glos. in c. vn. vers. feminis de cons. Eccles. vel alt. in 6.*

a *d. Clem. quia contingit in princ. de relig. domib. Conc. Trid. sess. 7. de reform. c. alt. sess. 22. c. 9. & sess. 25. de reform. c. 8.*

11 Cum temporis iniuria, Rectorumquè atque administratorum incuria, atque aliquando etiam Dominorum vtilium malitia, bonorum immobilium sub directo dominio Ecclesiarum, & piorum locorum fines mutari, contingat, ita vt ipsius directi dominij tota, vel aliqua ex parte aliquando probatio inanis efficiatur, & indirectè Ecclesiasticorum bonorum alienatio, valde à sacris Canonibus damnata, consequatur, huic tam graui damno occurrere operæ pretium ducentes, præcipimus, omnibus, & singulis cuiuscunque status, gradus, & conditionis existant, qui præsenti, & perpetuis futuris temporibus Ecclesiastica bona censui, liuello, emphiteosi, aut feudo supposita possident, aut possidebunt, vt quinto quolibet anno penes nostrum scribam referre, & in scriptis exhibere limites bonorum huiusmodi, à se possessorum, teneantur, aliàs pergraui mulcta, & in subsidium excommunicatione plectentur.

De Sacramentis. Cap. XXIV.

SAcramenta, quibus maximè gloriatur Sancta Mater Ecclesia, tum ob ipsorum dignitatem, ac virtutem, quando sunt à Christo Domino nostro instituta [a] vimque

a *Conc. Trid. sess. 7. de Sacram. can. 1.*

ex latere ipsius Christi, in Cruce pendentis, receperunt, [b] tum ob nostram necessitatem, [c] quando ipsa sunt singularia humanæ infirmitatis remedia, [d] & Sanctè à Sacerdotibus ministrari, ac dignè à fidelibus recipi, nec in eis vllum abusum obrepere, cauendum est: Quod vt accuratius fiat, infrascripta obseruanda proposuimus.

2 In primis Sacerdotes quæcunque Sacramenta ministrantes (necessitatis tamen articulo excepto) superpelliceo, & stola induantur, [e] aliàs sine emendatione non dimittentur.

3 Vnusquisque in Sacramentorum administratione ritus à Santa Matre Romana Ecclesia approbatos, & præscriptos seruet, [f] nec eos omittat, aut immutet. Quocirca mandamus omnibus Parochis, vt nouum Rituale, Santissimi D. N. Pauli Papæ Quinti iussu editum, penes se habeant, ipsumque in omnibus, & per omnia obseruent sub pęna, arbitrio nostro infligenda.

4 Parochi antequam Sacramenta præbeant, vbi commodè fieri potest, illorum effectum dignè sumentibus reseruatum, quò maiori pietate, & reuerentia populus ad ea suscipienda se conferat, vulgari idiomate breui verò, & dilucida oratione significent. [g]

5 Mulieribus, quæ minus modesto ornatu, [h] aut fucatæ, [i] vel non velato capite, [k] ad Sacramenta accedunt, ab ijs arceantur; quod intelligè vt infra cap. 27. §. 5. Viri etiam ad ea accedentes, aut vmbellam, sub qua Santissima Eucharistia cum pompa effertur, gestantes, ob ministerij religionem arma deponant.

6 Impœnitentibus etiam, ac notorio crimine notatis, [l] recenter post grauia peccata conuersis, [m] ijs, qui superbo, aut lasciuo cultu accedunt, [n] alienisque subditis, [o] Parochi; cæteriue Sacerdotes Sacramenta, (præcipuè

b S. Thom. 3. p. q. 62. art. 5.
c idem Concil. vbi supra Can. 4.
d S. Thom. d. 3. p. q. 61. art. 1. in corp.
e arg. c. Presbyter. & c. seq. 23. dist.
f c. nolite 11. dist. c. 1. & seqq. 12. dist. Conc Trid. vbi supra can. vlt.
g Idem Conc. sess. 24. de reform. c. 7.
h 1. ad Timoth. 2.
i ad cap. fucare de cons. dist. 5.
K 1. ad Corinth. 12.
l c. 3. 95. dist. c. monomachiam vbi glos. 2. q. 5. & c. pro dilectione, & c. seq. de cons. dist. 2.
m c fin. vers. finito 82. dist. c. in actione de pænit. dist. 1.
n arg. c omnis hom. de cons. dist. 2. & c. 1. 33. q. 4.
o cap. interdicimus 16. q. 1. & 7. c. 2. de Paroch.

cipuè

cipuè autem Euchariſtiam) neceſſitate, aut alia legitima cauſſa ceſſante, non præbeant.

7 Atque, vt ipſis is, qui conuenit, honos, ac reuerentia exhibeatur, in ſacris templis tantùm, non autem in profanis locis, ſacris etiam ritibus, ab Eccleſia ſtatutis, ſeruatis, niſi neceſſitas aliud ſuadeat; conferantur.

8 Ad Chriſma, & ſacra olea, quæ quotannis feria quinta in Cœna Domini, iuxta Eccleſiæ conſuetudinem, renouantur, [p] accipienda vnuſquiſquè Parochus ſtatim per ſe, vel, ſi legitimè impeditus fuerit, per alium Sacerdotem, aut certè per Clericum, in ſacris ordinibus conſtitutum, [q] ad noſtram Cathedralem Eccleſiam accedat: quod ſiquis aliam perſonam, præter eas, quæ ſupra declaratæ ſunt, ad ea, ſibi afferenda, miſerit, quinque ducatis mulctabitur, & nihilominus voti compos non erit, namque ea alijs perſonis tradi, æditui eiuſdem Eccleſiæ eadem pœna prohibemus: quos etiam, ea tradentes, & inter Parochos diſtribuentes, nequicquam, etiam ſponte datum, [r] nec eſculentum quidem, aut poculentum (quacunque conſuetudine, quæ potius corruptela dici poteſt, non obſtante) [ſ] accipere, prohibemus. [t] Caueant autem noſtræ Diœceſis Parochi, ne ſacra huiuſmodi olea ab alienis Epiſcopis ſibi parent, ac de nouis apud noſtram Cathedralem Eccleſiam, vt decreuimus, prouiſi, veteribus nullo pacto vtantur, [u] ſed ea ſtatim comburant, [x] ipſorumque cineres in ſacram cloacam inferant, [y] alias pœnis à ſacris Canonibus indictis, [z] & alijs, arbitrio noſtro decernendis, ſubijcientur.

9 Sacerdotes, qui in aliena Parochia, facultate à proprio Rectore, vel à nobis minimè obtenta, Sacramenta miniſtrauerint, & alia quæcunquè ad curam animarum pertinentia, exercuerint, ipſo facto ſint ſuſpenſi. [a]

p c. litteris de conſ. diſtinct. 3.
q c. Praſbiteri 95. diſt. c. ſiquis de alio cum duob. ſeqq. de conſ. diſt. 4.
r c. 1. vbi Abb. num. 4. de ſimon.
ſ c. ſiquis præbendas 1. q. 3. & c. ea quæ, & c. intentum de ſimonia.
t c. placuit, vt nullus c. dictam eſt, & ſeq. 1. q. 1.
u d. c. Presbyteri. & d. c. ſiquis de alio & c. ſeq.
x d. c. litteris in fin.
y arg. c. altar. & c. ſeq. de conſ. diſt. 1.
z d. cap. Presbyteri cum alijs ſupra adductis.
a c. 1. 13. q. 4. & c. 2. 9. q. 2. arg. & 1 cum ſeqq. ead cauſ. & q. & Conc. Trid. ſeſſ. 6. de reform. c. vlt.

10 Aqua Baptiſmalis,& olea ſacra aſſeruentur in Eccleſia loco honeſto, & tuto, clauemque penes ſe ipſum Rector conſeruet. [b] Verum cum experientia doceat,ea,quæ ad pietatis opus inſtituta ſunt, improborm hominum malitia in ſacrilegos, ac ne farios vſus conuerti, idcirco, vt vnuſquiſque ab hiſce exceſſibus committendis detereatur, omnes, qui deinceps Sanctiſſimo Altaris Sacramento, Chriſmate, oleo Sancto, ſiue etiam Sacramentalibus quibuſcunquè abuſi fuerint, excommunicationis ſententia innodamus, [c] nec Eccleſiæ miniſtros, quorum incuria id perpetratum eſt, ſine ſeuera animaduerſione dimittemus. [d]

b c. 1. de Cuſtod. Euchar.

c arg. c. ſiquis contumax. & §. ſeq. 17. q. 4.

d d. c. 1. de Cuſt. Euch.

11 Non prætermittant Parochi, plebem, ſibi commiſſam, de Sacramentorum dignitate, ac veneratione, erga ea habenda, deque ipſorum neceſſitate, atque frequentis vſus vtilitate ſæpiſſimè inſtruere, [e] & fideles nedum diebus Paſchalibus, ſicut præceptum eſt, [f] ſed etiam intra annum ſæpius, præcipuè verò diebus Feſtis Natiuitatis Domini, & Pentecoſtes (quibus qui non communicauerint, inter Catholicos haberi nequeunt) [g] nec non alijs ſolennioribus confiteantur, ac Cœleſti menſa reficiantur, omni, quo poterunt ſtudio, efficiant.

e Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 7.

f c. omnis de pœnit. & remiſſ.

g c. ſeculares, & c. omnis. de conſec. diſt. 2.

De Sacramento Baptiſmi. Cap. XXV.

NOn præſumat Parochus, ſiue alius Sacerdos, ad Baptiſmi Sacramentum miniſtrandum accitus, id extra Eccleſiam, neque aqua non benedicta, & nouo ſacro Chriſmate perfuſa, [a] nec aliter, quàm tribus ablutionibus iuxta Sanctæ Matris Eccleſię conſuetudinem, [b] graui pœna imminente, noſtro arbitrio (niſi excuſet neceſſitas) infligenda, miniſtrare.

a Clem. vn. de Baptiſ.

b c ſiquis Presbiter. de conſ. diſt. 4.

2 Fons

2 Fons Baptismalis omnino seruetur iuxta decreta, à nobis in visitatione sancita.

3 Vascula Chrimatis, & Cathecumenorum olei inscriptionibus notata, liber Baptizatorum, Romanum Rituale, & alia, ad Sacramentum spectantia, in Sacrario decenti, & tuto propè Baptisterium claui custodita, occludantur, [c] ipsumque sacrarium pariter claui custodiatur.

4 Si contingerit, ob periculum mortis imminens aliquem omissis cæremonijs, ab Ecclesia statutis, baptizari, & baptizatus fuerit superstes, deferatur quamprimum ad Ecclesiam, & cautè, quod necessitate est omissum, suppleatur. [d]

5 Presbyter, ad baptizandum vocatus, prius diligenter percontetur, [e] An domi puer sit baptizatus, deque materia, ac forma in baptizando adhibita, ac, si competerit, omnia ritè fuisse gesta, non audeat iterum baptizare, sed tantum preces, ritus, ac sacramentalia omissa exhibeat; si verò quicquam, quod necessariò requiratur, Sacramento defuisse, intellexerit, omninò Baptismum repetat; [f] si verò dubitet, Sacramentum nec nè collatum sit, Sacramentum sub conditione perficiat, ac formulam, si non es baptizatus, ego te baptizo, &c. iuxta sacras traditiones [g] adhibeat.

6 Quotiescunquè duo simul baptizandi offeruntur, cessante mortis periculo, singulis singillatim sacri Ritus celebrentur, ac sacramentum baptismi conferatur, [h] qui tamen si sexu distinguantur, fœminæ, quæ primæua Natiuitate fuit posterior [i] (nisi aliud maior suadeat necessitas) mas præferatur.

7 Necessitate cogente, omnes quidem, solemnitatibus omissis, baptizare possunt, [k] sed quòad poterit, ea discre-

c arg. c. 1. de Cust. Euch. & cap. nullus ministrorum de cons. dist. 4.

d d. cons. nullus, vbi glos. & Doct.

e c. cum itaq. de cons. dist. ead.

f cap. paruulos cum trib. seqq. de cons. dist. ead.

g c. 2. de baptism.

h S. Thom. 3. p. q. 66. art. 5. ad 4. & q. 67. art. 6. ad 2.

i Genes. 2.

k Diaconus. 93. dist. & consfai c. mulier. & c. seq. de cons. dist. 4.

tio habenda erit, vt ſacerdos Clerico, Clericus laico, vir mulieri, ac deniq; dignior minus digno præferatur [l] quia verò ab huius ſacramenti miniſtro aliqua peritia exigitur obſtetricem huius muneris, vt decet, peritam potius adhibendam, quàm imperitum virum probamus. [m]

l Turrecr. in d. cap. mulier. in fin.

m Turrecr. ibidem.

8 Vt autem, caſu neceſſitatis adueniente, nemo (obſtetrices verò, quarum potiſſima cura eſt) in hoc ſacramento conferendo, offendat, quò miſerorum infantium animæ in æternum pereant, omnes, curam animarum habentes, monemus, vt ſolemnioribus diebus populum de materia, ac forma tanti Sacramenti, deque miniſtri neceſſaria intentione baptizandi iuxta Catholicæ Eccleſiæ ritum diligenter erudiant, [n] ac formulam, ab Eccleſia præſcriptam, materna lingua ab ipſo ediſci, curent.

n ad Concil. Trid. ſeſſ 24. de refor. c. 7.

9 Mulieribus obſtetricis munere fungi minimè liceat prius, quàm eas formam baptizandi optimè callere, Parochus arbitretur.

10 Cum exploratum ſit, pueros, antequam hoc ſacramento liberentur, ſub humani generis hoſtis poteſtate detineri; caſum autem mortis omnibus incertiſſimum eſſe, atque ob naturæ imbecillitatem infantulos admodum periclitari, vt animo ſimul, & corpore (niſi parentum pietate ſubleuentur) pereant, Cunctos in Domino hortamur, ne ſinant, filios ſuos hoc ſalutari remedio diutiùs fraudari, ſed quamprimum oportunitas ſuadet, eos baptizari, curent: [o] qui verò, filios ſuos poſt octauum diem ab eorum natiuitate baptizari, diſtulerint, Eccleſiaſtico interdicto (niſi iuſta dilationis cauſſa coram nobis probata fuerit) ipſo facto ſubiaceant.

o Turrecrem. in c. non ratione. & c. ſi qui de conſ. diſt. 4. & facit cap. quando ead.

11 Habeant Parochi vrceolum argenteum cum manubrio oblongo, quo aqua ſuper Infantis caput infundatur, fictilem etiam peluim, quæ baptizandi capiti ad merſam

aquam

aquam suscipiendam, ne in fontem refluat, supponatur, [p] vt enim aqua baptismalis in fonte nitidior conseruetur, in fontem minimè refundi, sed in peluim mersam in sacram cloacam proijci, volumus, ac mandamus. [q]

12 Casu adueniente, (quod vix, aut nunquam contingere potest) vt aqua baptismalis deficeret, vel corrumperetur, Parochus, superpelliceo, & stola indutus, nouam aquam, omissis solemnibus cæremonijs, benedicat, ac benedictionem ab Antiphona, sicut Ceruus &c. incipiat.

13 Sanctorum duntaxat, ab Ecclesia Canonizatorum, quorum in præsenti vita exempla sectentur, & adiuuentur patrocinijs, pueris in Baptismo nomina imponantur, [r] quod si secus fecerint sacerdotes, pergraues dabunt poenas.

14 Caueant Rectores baptizantes, (necessitate excepta) aliquem admittere in susceptorem, nondum confirmatũ, [s] denunciatum, aut notorium excommunicatum, aut interdictum [t] publica infamia notatum, [u] Monachum, aut regularem, [x] Clericum in sacris constitutum, [y] qui à nobis veniam non impetrauerit, eumque, qui Paschali tempore Sacramenta non susceperit, [z] aut qui Christianæ fidei rudimenta ignorauerit, [a] alias quotiescunque secus fecerint, quinque ducatis mulctentur.

15 Vnum tantum siue Virum, siue mulierem, vel vnum, & vnam simul duntaxat admittant, qui baptizatum de sacro fonte suscipiant; [b] omniumque tum baptizatorũ, & eorum parentum, tum suscipientium nomina sacerdos ipse baptizans in libro baptizatorum ritè, ac distinctè ad formam, inferius traditam, [c] describat; susceptoresque admoneat de spirituali cognatione, quam cum baptizato ipsiusque parentibus contraxerunt, [d] efficiatque præterea, vt ipsi, quatenus sese Deo expromissores pro puero

obtu-

p c. omnis Presbyt. de cons. dist. eadem.

q arg. c. Altar. & c. seq. ead. dist. 1.

r Cathechism. ad Paroch. cap. vlt. de baptism. Sacram.

s c. in baptismate de cons. dist. 4.

t arg. c. postulast. de cler. excom. ministr. & c. pia de except. in 6. cum vulg.

u arg. c. infamibus. de reg. iur. in 6.

x c. peruenit 18. q. 2 & c. non licet, cum seq. de cons. dist. 4.

y arg. d. c. peruenit, & c. 1. & 2. de cohab. Cler. & mul. cum simil.

z arg. c. seculares de cons. dist. 2. iuncto d. c. in batismate ead. dist. 4.

a cap. vos ante. ead. dist. 4.

b Conc. Trid. sess. 24. de reform. matr. cap. 2.

c seq. in fin.

d Concil. Trid. vbi sup. Const. Pij v. dat. 20. Augusti 1566. ann. 1. incip. Sanctissimus.

obtulerunt, percipiant: quocirca eos instruant, susceptorum huiusmodi partes esse, ipsorum filios, spiritualiter genitos, Christiana rudimenta, rectamq; viuendi rationem docere; [e] id verò sibi præcipuè incumbere, vbi eorum parentes carnales in hoc munere præstando negligentiores, aut ineptiores fuerint.

e d. c. vos ante.

16 Cum autem experientia compertum sit, innocentes puerulos parentem, ac nutricum, quæ cum eis in eodem lecto dormiant, incuria maximè periclitari, & persæpè occumbere, omnibus ijs, alijsque quibuscunque personis nè infantes, anno minores, secum in lecto cubantes, noctu teneant, sub excommunicationis pena inhibemus; si verò (quod Deus auertat) pueri alicuius propterea suffocatio sequatur, parentes, nutricem, & quoscunque alios huius salutaris decreti transgressores, alijs penis arbitrio nostro ad Ecclesiæ satisfactionem, aliorumque terrorem decernendis, affici, [f] & culpæ absolutionem in pœnitentiali pro foro nobis duntaxat, vel Vicario nostro generali reseruari, [g] constituimus. Quare Sacerdotes, nè subditi huius sanctionis ignorantiam valeant allegare, peracto quolibet baptismali ritu, baptizati parentes, aut susceptores de eadem Constitutione nostra certiores facere, non omittant. [h]

f c. fin. vbi Doct. de his, qui fil. occid. c. consuluisti 2. q. 5.
g glos. in cap. 2. in ver. reseruantur de pænit. & remiss. in 6. infra cap. 31. §. 2.
h d. c. consuluisti.

17 Parochus, cuius culpa, aut negligentia factum est, vt puer, sibi ad baptizandum oblatus, sine salutari lauacro decedat, ipso facto sit suspensus, & alijs grauioribus pœnis pro excessus grauitate plectatur. [i]

i cap. quicunque de cons. dist. 4.

18 Puerperæ cum primum conualuerint, in sacro Parochiali tēplo, gratias Deo acturæ, atq; à sacerdote de more Ecclesiæ benedicendæ, sese sistant: [k] id autē benedicendi munus Porochus ipse, cuius proprium est, [l] exercere non omittat, nec ab alio quopiam, ipso inconsulto, fieri permittat.

K c. vn. de purif. post part. cap. si mulier. dist. 5.
l per Innoc. & Doct. in rub. de Parech.

De

De Sacramento Confirmationis.
Cap. XXVI.

NE vllo modo Confirmationis Sacramentum, quod fidelibus ad spirituale robur, quo digni Christi milites constituantur, & contra hostilia substinenda tela muniantur, diuina institutione, ac Sancti Spiritus per Pontificum manus impositionẽ illapsu tribuitur,[a] à nostro grege dãnabiliter contemnatur,[b] aut indignè, prout dedecet, acceptum, ociosum aliquandiu maneat,[c] Parochi antequam, confirmandos coram nobis, eis hoc Sacramentum præbituris sese sistere, iubeant, de ipsius Sacramenti virtute, & vtilitate ad plebem verba faciant, & ad ipsum piè, ac deuotè suscipiendum summa, qua poterunt, prudentia, & charitate admoneant.[d]

2 Pueros septennio minores (nisi quibusdam aliqua de causa, nobis cognita, duxerimus, indulgendum) ad hoc sacramentum admitti nolumus,[e] excommunicati, interdicti, notorij, flagitiosi, ijque, qui Paschali tempore Eucharistiam (si per ætatem ad id fuerint idonei) non sumpserint, ab hoc Sacramento, tanquam indigni, ac nè maioris culpæ rei fiant, arceantur.[f] A nemine autem hoc Sacramentum ad annos pubertatis protrahendum esse, commonemus: cum eo potissimum tempore vehementiores humana natura Diabolicos patitur incursus, & difficilius eos sustinere valeat. Qui verò ad annos discretionis peruenerint, ad hæc salutaria munimina confugientes, prius peccata sua sacramentali pœnitentia deleant, &, si per ætatem, & animi iudicium eis licet, cœlesti etiã mensa reficiantur.[g]

3 Doceant etiam Parochi, in hoc Sacramento, sicut & in

a c.1. & 2.c. manu. & cap. nouissime. de conf. dist. 5.
b d.c. 1. & ibi glos. fin.
c ad not. in cap. & ieiun. ead. dist.
d ad. Concil. Trid. sess. 24. de refor. c. 7.
e Catechism. p. 2. c. 3. vers. in quo illud obseruan. &c.
f sup. c. 24. §. 6.
g d.c. vt ieiun. de cons. dist. 5.

in Baptiſmo, patrinos adhiberi, eandemque ſpiritualem cognationem, quæ in infantium ſuſceptione è ſacro fonte contrahitur, in puerorum oblatione, quæ fit Apoſtolicæ manus impoſitioni, contrahi, [h] ſed honeſtatis gratia à viris fœminas, & à mulieribus mares offerri, prohibemus.

h Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. matr. c. 2. & Conſt. Pij v. vt ſupra cap. prox.

4 Eos pariter, qui hoc ſacramento inſigniti, ac rudimenta fidei docti non ſunt, quiue è Baptiſmo ſuſcipere prohibentur, confirmandum offerre nequeant. [i]

i ad c. vos ante de conſ. diſt. 4. cum ſimil.

5 Nomina, & cognomina confirmatorum, & patrinorum in codicem iuxta formam, in Rituali Romano traditam, referant, curentque Parochi, intra quindecim dies deferri, librumque ſeruari, prout in Viſitatione noſtra mandauimus.

De Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento. Cap. XXVII.

OMnium autem Sacramentorum auguſtiſſimum eſt Euchariſtiæ Sacramentũ; in ipſo enim totus Chriſtus eſt idem, qui redemptionis auctor cæteris Sacramentis proprio cruore vim diſtribuit, [a] atque ad cuius finem cætera diriguntur [b] quod & ſummam cœleſtis gratiæ, in nos diuina benignitate collatæ, perfectionem continet, [c] ac ſempiternæ beatitudinis, qua potituri ſumus, pignus accipimus. Hinc, vt tanti beneficij memoriam non tantũ muneris dignitate, ſed & tenera ſui commiſeratione Dominus noſter Ieſus Chriſtus mentibus fidelium infigeret, hoc ſacramentum ſupremo ſuo, cum mortem pro nobis eſſet obiturus, Iudicio inſtituit: [d] Vnde quò cœteris potius eſt, eò magis colendum, ac venerandum, ac puriori conſcientia conficiendum, & maiori religione ſuſcipiendum eſſe, Sanctorum Patrum auctoritate monemur. [e]

a S. Thom. 3. p. q. 62. art. 5.
b Idem S. Thom. ead. par. q. 65. art. 3.
c Conc. Trid ſeſſ 13. de Sanctiſſ. Euchar. Sacr. c. 2.
d S. Thom. eadem par. q. 73. art. 5. & opuſc. 57. circa princ.
e cap. nihil de conſ. diſt. 2.

Quare

Quare in nostra Cathedrali Ecclesia, & in Parochialibus omnibus nostræ Diœcesis [f] in sacrario super Altare, tuta claui custodito, decenti conopœo cooperto, maiori, qua liceat, veneratione seruari, nihilque, quantum ad ipsius administrationem, custodiam, & ornamentum fas est, prætermitti, iubemus. [g]

2 Parochi sæpè, præcipuè autem in principio Quadragesimæ, plebem sibi commissam, doceant, omnes Christi fideles, postquam ad annos discretionis peruenerint, eisque per animi iudicium tanti Sacramenti dignitatem intelligere licuerit, teneri iuxta Ecclesiasticas sanctiones, [h] anno quolibet semel saltem sub Paschalem solemnitatem Sanctissimam Eucharistiam à proprio Sacerdote (nisi de ipsius consilio iusta de causa quispiam censuerit abstinendum) suscipere, moneantque, contra huius salutaris præcepti violatores Canonicam districtionem imminere, vt viuentes ab Ecclesiæ ingressu arceantur, & morientes Christiana carere debeant sepultura.

3 Summo studio, atque ardenti charitate Parochi efficiant, vt omnes excellentiam, & dignitatem tanti Sacramenti, quantaue reuerentia, ac religione ad id suscipiendum accedendum sit, percipiant, [i] multòque magis laborent, vt adolescentes, qui & carnis illecebris oppugnantur, nec diuinarum rerum peritia, aut cælestis huius alimoniæ vsu muniti sunt, speciali deuotione parati, idoneos ad tam eximium Sacramentum percipiendum se reddant; eos autem de vera corporis, & sanguinis, animæ quoque, & Diuinitatis Domini nostri Iesu Christi præsentia in hoc Sacramento existente, ac de innumeris, vberibusque fructibus, qui ex eo percipiuntur, diligenter instruant: priusquam etiam hoc augustissimum Sacramentum fidelibus (& præcipuè tempore, quo maior est suscipientium

K fre-

f c. Presbiter de cons. dist. 2. [illegible]

g c. sane de celebr. Miss. c. 1. de Custod. Euchar. Conc. Trid. sess. 13. de sanctiss. Euchar. Sacr. cap. 6.

h c. omnis de pænit. & remiss. Conc Trid. sess. 13. de Sacros. Euchar. Sacr. Can. 9.

i Conc. Trid sess. 24. de refor. c. 7. Catechism. par. 2. c. 4. per tot.

frequentia) administrent, tremenda illa Sancti Pauli, ac semper memoriæ retinenda verba.[k] Probet autem se ipsum homo &c. breui, ac dilucido sermone exponant, quò diuina fauente gratia, somnolenti excitentur, erigantur iacentes, tepidi ferueſcant.

4 Occurrente huius Sacramenti frequentia, velut Paſchatis, alicuius Iubilæi, ac præcipuarum ſolemnitatum tempore viri à mulieribus ſeparentur,[l] vel prius communicent viri, inde mulieres, aut, ſi locus patiatur, ſtatuantur duæ menſæ, quarum altera pro maribus, altera pro fœminis paretur.

5 Mulieres, quæ ob Angelorum,[m] & ſacerdotum[n] teuerentiam in Eccleſia caput velare præcipiuntur, multò magis id præſtare debent, cum ad tam eximium Sacramentum accedunt; quare eas in Domino hortamur, vt accedentes, panno, aut velo tectæ, honeſtis veſtibus, atq; ornamentis compoſitæ, fuco minimè illitæ, ſe conferant, vt congruenti humilitate, & Chriſtiana venuſtate inſignitæ[o] huius ſalutaris menſæ guſtu reficiantur: Quando ſi laſciuo, aut ſuperbo habitu, & inceſſu, aut fucatæ acceſſerint, manifeſtè apparet, eas puritate, quæ accedentem decet, carere,[p] ac propterea, nè tanta Diuinæ Maieſtatis dignatio aut læſa,[q] aut certè otioſa[r] aliqua ex parte remaneat, quod & illius religioni conuenit[s] ab hac ſacra menſa meritò arceri debere, ſtatuimus.

6 Eadem ratione viri, ad altare accedentes, arma deponant;[t] ſin autem, neceſſitate inſtante, ea dimittere nequeunt, occultè tamen, nè alijs ſandalo ſint, retineant, alioquin contra præſcriptam regulam accedentes, omnino arceri iubemus.

7 Abeſſe etiam à Cœleſti menſa, omninò volumus, concubinarios manifeſtos, quòuſque domo concubinas re

vera

k 1. ad Corinth. 11.

l c. hoſpitiolum, & ſeq. 32. diſt. & c. peruenit. in fin. 18. q. 2.

m Apoſt. 1. ad Corinth. 11.

n c. mulier vbi gloſ. 33. q. 5.

o c. fucare de conſ. diſt. 5.

p ad ea quæ habentur à S. Thom. 2. 2. q. 269. art. 2. & Doct. in d. c. fucare.

q ſi cũ mortali peccato vt per S. Thom. 3. p. q. 79. art. 3.

r ſi cum veniali in actu iuxta S. Thom. d. q. 79. art. 8. & in 4. diſt. 12. q. 2. art. 1.

ſ arg. c. omnis homo de conſ. diſt. 2. & c. viri cum propria 33. q. 4. & ſentit Catech. vbi ſup. verſ. 58. neque verò, &c.

t arg. c. falſas de pœnit. diſt. 5. & c. admonere verſ. ſin autem 33. q. 2.

vera non eiecerint, & ab earum consuetudine sese abalienauerint, sed & vsurarios, si ab vsura exercenda prorsus non cessauerint, & quæ ab eis per vsuras quæsita sunt, nõ restituerint, vel saltem, prout ipsis per facultates licuerit, de satisfaciendo idoneam cautionem præstiterint; [n] itẽ publicos blasphemos, meretrices, & quoscunque alios publicè criminosos, [x] donec publicam egerint pœnitentiam. [y] Sacerdotes verò, qui hasce personas, forma tradita, non seruata, ad Eucharistiam admiserint, pergrauibus pœnis plectentur.

n arg. d. c. falsas.
x c. non prohibeat, vbi Archid & Doct. & c. pro dilectione. de cons. dist. 2.
y cap. sed illud 45. dist. c. 1. de pænit. & remiss. Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 8.

8 Sacerdos, Missam celebrans, sumpta sacra communione, vel peractis sacris ritibus, antequam ab Altari recedat, eodem habitu, quo est indutus, Eucharistiam petentibus ministret; ex interuallo verò post Missam, si tradenda sit, superpelliceo, & stola, colore, ad explendos eo die sacros ritus congruente, tincta, indutus (quo habitu semper vtetur) id exequatur: [z] in quo etiam obeundo mvnere omnia, quæ in nouo rituali Romano sub titulõ de sanctissimi Eucharistiæ sacramenti administratione sancita sunt, volumus, ad vnguem seruari.

z ad c. Presbyter & c. seq. 23. dist.

9 Die autem Paschatis Rectores, hoc sacramentum suis subditis administraturi, palam denuncient, [a] quod, si quis ex ijs, qui accubituri sunt, ex aliena Parochia sit, ad suam, huius Sacramenti ex Ecclesiæ præcepto à proprio sacerdote suscipiendi gratia, se recipiant. Volumus autẽ, vt eo tempore, quo potissimum Parochi suas oues agnoscere debent. [b] populum sibi creditum, per se ipsos, non quidem per alios Sacerdotes, (nisi populi multitudo Coadiutorem desideret) Cœlesti pane reficiat. [c]

a arg. c. 2. de Paroch. & c. in dominicis cum seq. 9. q. 2. cum simil.
b ad d. c. omnis de pænit. & remiss.
c ad c. pen. & fin. 21 q. 2. & glos. in c. 3. in vers. statuantur, & ibi Abb. nu. 1. ne prælat. vic. suas & c. quia nonnulli de Cler. non resid.

10 Sacerdotem, fidelibus hoc Sacramentum erogãtem, duo Clerici (si fieri potest) superpelliceo induti, aut saltem duo ex Confratribus Sanctissimi Corporis Christi,

ſaccis amicti, qui linteum ſub diſcumbentium mento teneant, comitentur; alij quoque duo ſiue Clerici, ſiue Confratres, duabus cereis facibus ipſi Sacerdoti præeant miniſtranti.[d]

11 Neminem, ſibi ſubditum, Parochus, qui ſibi confeſſus non fuerit, vel teſtimonium à Confeſſario, à nobis approbato, de ei indulta pœnitentiali abſolutione non exhibuerit, ad Communionem Paſchatis tpe admittat.[e]

12 Ac, ne laici rudes, & imperiti arbitrentur, ſe ſub vtraque ſpecie communicare, eis purificationem in conſecrato calice exhiberi, prohibemus, ſed cyatho criſtallino, aut argenteo, qui ab omni profano vſu immunis ſeruetur, id præſtari, decernimus.

13 Quilibet Parochus, vt cognoſcat, an quiſpiam ex ſuis ſubditis Eccleſiæ præceptum neglexerit, ſingulis annis prima Quadrageſimæ hebdomada diligenter ſingulorum Chriſtifidelium, ſibi mandatorum, nomina, cognomina, & ætatem exquirat, eaque in libro ſtatus animarum deſcribat: Paſchalibus verò diebus, ijs, qui ſacræ refectionis compotes fiunt, ſchedulam, in qua aliquod Symbolum propriæ Eccleſiæ, vel ſui ipſius ſit expreſſum cum inſcriptione anni currentis, pro ſigno, ac ſumptæ Euchariſtiæ teſtimonio tradat: Poſt octauam verò Paſchatis eandem ſchedulam per domos repetat, vel ad ſe ferri, curet, & quos ea carere, nouerit, notet, & perinde habeat, ac ſi, eos omnino non paruiſſe Eccleſiæ præcepto, certiſſima probatione liqueret.

14 Abſens diebus Paſchalibus à ſua Parochia, cum redierit, intra octo dies confiteri, & Euchariſtiam in Parochiali Eccleſia ſumere, vel Parocho (ſiquidem de ipſius quoad id licentia ijs diebus abfuerit)[f] de ſumpta Euchariſtia à Parocho loci, in quo commoratus fuerit, teſtimonium, &, ſi ex

d *c. ſane de celebr. Miſſ.*

e *arg. cap. ſicut de ſent. excom. Syłueſt. in ſumm. ver. confeſſ. 2. nu. 13. verſ. 17. verum, &c.*

f *Sylueſt. in ſumm. verb Confeſſor. 2. ſub num. 10. verſ. 11. quæritur.*

si ex altera Diœcesi fuerit, ab Ordinario illius Parochi atteſtatione firmatum, exhibere teneatur, [g] aliàs contra eum, tanquam præcepti contemptorem, Canonica animaduerſione procedetur.

g Idem Syluest. vbi supra nu. 13. vers. 17. verum.

15 Cum Deo valde odibile (vt de filijs Heli ſacra ſcriptura [h] teſtatur) peccatum ſit, eos, quorum ſors ipſe Dominus eſt, ſua cupiditate fideles à ſacris Altaribus, & diuino obſequio retrahere; execrandum quoquè ſit, eos in ſacrorum miniſterijs ita auidè verſari, quaſi ſacra prętio vendere videantur, quo crimine licet mente, ac voluntate caruerint, non penitus tamen crimine careant, dum id ſuſpicandi, proximis occaſionem præbere, non erubeſcant, [i] Idcircò conſuetudinem, quæ in nonnullis vigore locis, intelleximus, vt Sacerdotes poſt Sanctiſſimi Sacramenti miniſterium pueros paratos habeant, qui pacis inſtrumentum oſculandum, & capſulam, ad aliquid in eam pro Eleemoſyna inferendum, ijs, qui communicauerint. offerunt, omnino de medio tollendam eſſe, cenſemus: namque præter auaritiæ ſuſpicionem, quam Præsbyteri propterea mentibus fideliũ de ſe ipſis imprimunt, ſæpè euenire poteſt, vt quiſpiam vel ob inopiam, vel ob aliam quamcunque cauſſam pecuniam in promptu non habeat, quem tamen dedecet notari, & rubore affici, ne à frequentia tanti Sacramenti vllo modo reuocetur. [k]

h 1. Reg. 2.

i c. non sunt 11. q. 3.

k arg. c. de Eulogijs 18. dist. c. baptizandis, & c. placuit 2. 1. q. 1.

16 Parochi omnes in ſua Eccleſia Euchariſtiam ſemper retineant in [l] Pixide, ex argento conflata auro ſuperinducto, & paruo conopœo ex ſerico albo cooperta, intus in ſacrario ligneo, auro & decentibus picturis, & cœlaturis ornato, conopœo circumdato, & ſupet Altari collocato; claue deaurata cuſtodito, & intus ſerico panno ſubſtrato, prout in Viſitationibus noſtris conſtitutum eſt, condita: In cuius fundo ſit corporale extenſum, quod ſæpius

l cap. Præsbyter de cons. dist. 2.

pius renouetur, ita vt ſemper nitidum retineatur; coram eo munda lampas luceat, in qua oleum ab eo, ad quem ſpectat, ſuppeditandum, infundatur. [m] ſi quis autem huic decreto aliqua ex parte non paruerit, ducatis quinque quotieſcunque defuerit, mulctabitur; nec, quod prouentus tum Eccleſiarum, tum ſodalitatum ſint tenuos, excuſationem obijcere poterit, quia opportunè curabimus, (rē ad nos delata) vt aliqua ratione hoc pium decretum executioni demandetur.

17 Singulis autem octo diebus, ac ſæpius, prout temporis ratio poſtulabit, vetere, à Sacerdote ſibi ipſi, vel adſtantibus miniſtrante, conſumpta, Euchariſtia remouetur.

18 Parochus ad hoc Sacramentum, ægris conferendum, accerſitus, omni, qua poterit, diligentia, id præſtet, ne, quemquam ſine hoc ſalutari viatico ex hac luce migrare, contingat [n] antequam autem ad ægrotum ſe conferat, id populo aliquot Campanæ ictibus ſignificet, & (ſi caſus patitur) aliquantulum eum expectet, donec in Eccleſiā, Sacramentum comitaturus, conueniat: Vbi verò conuenerit, ab aliquibus viris cereæ faces quamplures parari, curabit, ex quibus ſaltem quatuor, & duæ lanternæ etiam ſi per Villas ſit deferendum accendantur, & ab alijs vmbella, ſub qua Sacerdos Euchariſtiam ferens, (nunquam enim, etiam noctu ſine vmbella ferendam eſſe, in Viſitationis noſtrę decretis prę ſcripſimus) incedere debet, eleuetur: Ipſe verò deſtinatis Clericis, vel alijs perſonis pro opportunitate loci, & temporis, qui ei in ſecum ferendis Cruce, Aqua benedicta, Rituali Romano, linteo candido, ſuper menſa in ægri ædibus extendendo, & alijs, pro eodem miniſterio prouidendis, ſuperpelliceo, ſtola alba, Pluuiali, ac velo ſerico ſuper humeros extenſo, indutus, ad Altare accedat; & poſtquam adorauerit, duas ſacras par-

[m] c. 1. de cuſtod. Euchar. & d. c. ſanè de celebr. miſſ. Conc. Trid. ſeſſ. 13. de Sanctiſſ. Euch. Sacr. c. 16.

[n] c. officium de off. Archipresb. c. 1. 26. q. 7.

particulas in Pyxidem ponat, &, cum fideles ad piè, & reuerenter tam digno mysterio obsequendum, ac pro ægro orandum, admonuerit, iter aggrediatur. In itinere autem pompa cum cereis accensis præcedat, o ac tintinnabulum, quo vnusquisque ad Christum adorandum, & ei obsequendam, ciatur, à Clerico pulsetur, atque ipse cum Clericis psalmos submissa voce recitet. Cum autem ad ædes ægri peruenerit, omnia tum rituum, tum orationum, quæ in nouo Rituali Romano tradita sunt, ad vnguem obseruet, linteum, secum allatum, super mensa protendi, iubeat, eique corporale superinducat, super quo Sacramentum imponat: Deinde seruatis, ad formam eiusdem Ritualis seruandis, ægrum sacro pane reficiat, ablutionemque digitorum pro purificatione ipsi dari curet, atque omnibus expletis, eodem ordine, & pompa ad Ecclesiam reuertatur. Si autem is, qui hoc Sacramentum postulat, ita morbo prægrauetur, vt id sumere nequeat, nihilominus id (adorandum quidem duntaxat, & obsecrandum, non autem sumendum) ei afferatur, quando & propterea viatico non carebit, licet re ipsa illud recipere non valeat, si mente, & toto cordis affectu recipere sit paratus. p

o d. cap. sant.

p S. Thom. 3. par. q. 80. art. 1. ad 1. & 3. c. vt quid paras de consf. dist. 2.

19 In sacrario ligneo, in quo Sanctissima Eucharistia conseruatur, reliquias, aut vasa olei sancti recondi, omnino prohibemus. q

q supra c. 6. S. 8.

De Processionibus Sanctissimi Sacramentis, cæterisquè alia de causa agendis. Cap. XXVIII.

TAntum autem Sacramentum summa, qua humana potest præstare imbecillitas, veneratione ab omnibus

\# * Haec Praxis abolita fuit ab S. Pio V., et Rituali Romano = videas Synodus Capuanae: nu: 1629. cap: VII. nu: 8 =

bus coli, optantes, festiuitatem corporis Christi, dudum à Sancta Matre Ecclesia decretum,[a] à cunctis obseruari, & ea die, vel alia opportuniori, à nobis significanda, solemnem pompam, & processionem, in qua Sanctissima Eucharistia, iuxta Ecclesiæ consuetudinem, circumferatur, ab vniuerso Clero agi, mandamus: Ad quam Clerici omnes tum Vrbani, tum Diœcesani, beneficium cum animarum cura, vel sine ea possidentes, siue etiam Presbyteri, & Clerici quicunque, etiam in minoribus ordinibus constituti, superpelliceo induti, candelam ceræ albæ congruentis, iuxta solitum, ponderis in manibus accensam ferentes, & nudato capite incedentes, mulcta duorum ducatorum, in edictis indicta, imminente, conueniant.[b]

2 Eadem die Sanctissimi Sacramenti ferendi (si per nos ipsi id munus præstare nequiuerimus) sacerdos eo munere fungatur, qui cæteris Dignitate Ecclesiastica præcellit.[c] Vt autem Parochi, siue Vrbani, siue Diœcesani à cæteris Sacerdotibus aliquo signo distinguunrur, volumus, vt Parochi in pompæ huiusmodi, & cæterarum supplicationum incessu, præter superpelliceum, stolam quoquè supra collum more Sacerdotali gestent.[d]

3 Processio fiat per certas, easque latiores, & magis decoras vias, & parietes vndique decenter ornentur:[e] ornatus autem eiusmodi sit, qui intuentium mentes ad pietatem, & deuotionem, ac tanti Sacramenti venerationem alliciat, non autem è contra ab ea reuocet, &, quod abominabilius est, ad fœdas, turpesùe cogitationes attrahat, Ideo nec aulæ, aut picturæ, quibus inhonestæ, aut Ethnicorum referantur imagines, ad ornatum adhibeantur,[f] nec actiones vllæ, etiam sanctorum, agantur.[g]

4 Ad solemnem hanc pompam, nec non ad alias Sancti Pauli Apostoli Cathedralis Ecclesiæ, & Sancti Sebastiani

a Clem. vn. de reliq. & vener. Sanct. Conc. Trid. sess. 13. de Santiss. Euch. Sacr. c. 5.

b c. quando vbi Archid. & Turrecr. nu. 4. 38. dist. & innuitas d. Clem. vn. vers. nos igitur.

c arg. c. referente. de celebr. miss. iunct. d. Clem. vn. de reliq. & vener. Sanct. §. licet, & facit c. 1. & 2. de offic. Archipresb.

d c. Presbyter. & c. seq. 23. dist.

e c. sane de celebr. Miss. Conc. Trid. vbi supra.

f f. Conc. Trid. sess. 25. decr. de innocat. & vener. Sanct. vers. omnis porro, &c.

g c. vt decorem de vit. & honest. Cler.

ſtiani Ciuitatis Patronorum, cæteraſque tum Conſtitutione Eccleſiæ ſtatutas, tum pia conſuetudine inductas, tum etiam à nobis aliqua de cauſa indicendas quorumcunque ordinum Regulares, [h] qui aliàs accedere tenentur, nec non ſodalitatum quarumlibet Confratres, qui habitum ſpecialem induunt, & ſingulæ proceſſioni interuenire ſolent, aut ſpecialiter accedere iuſſi ſunt, ſub pœna interdicti, ipſo facto incurrenda, conueniant. Ordo autem in pompis huiuſmodi ſit, vt præeant confratres, ac ſequantur poſtea Regulares iuxta eorum prærogatiuam, mox Clerici, Sacerdotes, & Parochi Diœceſani, deinde Clerici, Sacerdotes, & Parochi Vrbani, poſt quos gradiatur Collegium Eccleſię Sanctiſſimæ Annunciatæ, poſtremo feratur Crux noſtræ Cathedralis Eccleſiæ, ac poſt eam incedant Clerici ex noſtro Seminario, inde Beneficiati, & vltimo loco Canonici; Cuncti vero bini procedant, biniq́ue ad eorum Eccleſias reuertantur.

h Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. cap. 13.

5 Quotieſcunque ſiue in Vrbe, ſiue in Oppidis, & locis Diœcis ſolemnes pompæ, aut exequiæ aguntur, vexillum Sanctæ Crucis non præferatur ab alio, quàm à Clerico, veſte talari, & ſuperpelliceo induto, & à Confratre cuiuſcunque piæ ſodalitatis, quæ procedit, habitu eiuſdem ſodalitatis amicto, aliàs tam idem Vexillum gerẽs, quam is, qui geri iuſsit, vno ducato mulctetur.

6 In templis ſiue Vrbanis, ſiue Diœceſanis, in quibus eſt inſtituta Societas Sanctiſſimi Corporis Chriſti tertia quaque die Dominica cuiuslibet menſis, quemadmodum in noſtra Cathedrali Eccleſia fieri ſolet, ſpecialis proceſſio cum ſolemni pompa, ceſſante legitimo impedimento, in honorem huius auguſtiſſimi Sacramenti agatur.

De Sacrosancto Missæ Sacrificio.
Cap. XXIX.

a c. nihil. de conf. dist. 2.

b c. semel Christus cum duob. seqq. ead. dist. conc. Trid. sess. 22. decret. de obseru. in celebr. miss. in princ.

c cap. iteratur ead. dist.

d Conc. Trid. vbi supra.

e c. sacramenta de cons. dist. 1.
f c. 2. dist 91. c. 1. de celebr. miss.
g S Thom supplem. 3. par. q. 6. art. 5. in corpor. Conc. Trid. sess. 13. de Santiss. Euch. Sacr. c. 7.

h c. vestimenta de cons. dist. 1.

IDeo quidem præcipuè Eucharistię Sacramentum pręstantissimum est, & omni reuerentia dignum, [a] quia ipse Dominus noster Iesus Christus, qui semel cruenta hostia in ara Crucis, vt fieret acceptabile sacrificium, Deo pro nobis oblatus est, in illius oblationis memoriam per Sacerdotum manus incruenta hostia super Altare imolatur: [b] cum autem ob humanæ naturæ infirmitatem quotidie idem sacrificium ad medelam adhibere opus sit, conueniatque, vt tanti beneficij, erga nos collati, iugis memoria conseruetur, illud quotidie in Ecclesia in Missæ celebratione recolitur. [c] Vt autem id dignè, ritè ac sanctè, prout decet, à sacerdotibus præstetur, atque ne vllus Constitutione Ecclesię damnatus error perpetretur, sed etiam quęlibet leuissima culpa, aut desidia, quæ in tanto munere obeundo vitanda est, [d] omninò præcaueri possit, infrascripta constituimus.

2 Itaque omnibus, in Diœcesi nostra sacra facientibus, iniungimus, vt ad celebrandum ieiuni, [e] horis matutinis, quæ iuxta morem, ab Ecclesia probatum, missam præcedere solent, recitatis, [f] peccatis suis, cum opus fuerit, & locus, ac tempus tulerit, Sacramentali confessione expiatis [g] missa prævisa, perlecta, ac signaculis notata, manibus lotis, similacea hostia integra, ac recenti præparata, sacris vestibus, colore iuxta temporum, ac dierum festorum diuersitatem distinctis, [h] precibusque præscriptis, inter eas inducendum, recitatis, & postquam amicti fuerint, se ipsos colligentes, & in meditatione tanti sacrificij paulisper cunctantes, atque à collocutionibus, pręsertim pro-

profanis abstinentes, accedant. In æde sacrata, vel saltem benedicta,[i] haud polluta,[k] vel interdicta, nec in loco interdicto supposito, sita, nisi conditionibus de Iure requisitis, seruatis,[l] item super ara lapidea,[m] in qua consecratus lapis sit,[n] iuxta id, quod in Visitatione constituimus, insertus, eaque tribus mappis, quarum duæ ipsius aræ mensam, tertia verò vtrumque etiam latus, ad terram demissa, adęquet, cooperta, sacrum faciant: linteis, & candidis corporali, & palla,[o] aureisque, vel argenteis, ritèque ab Episcopo consecratis, calice, & patena,[p] nec non Missali Romano, nouiter edito, ministro denique, superpelliceo induto,[q] ac duobus saltem cereis luminibus, prius non extinguendis, quàm postremo Euangelio recitato vtantur.

3 Nemo audeat, ante auroram, nec post meridiem, aut pluries quàm semel quotidie, excepto die Natiuitatis Domini, sacra facere:[r] Eo autem die circa septimam noctis horam prima Missa, in aurora verò altera, ac tertia consueta hora celebrentur. In singulis etiam templis, in quibus plures sacris sunt mancipati, ob artificum, agricolarum, ac viatorum commoditatem vnam, albescente aurora Missam celebrari, probamus.[t]

4 Presbyter celebraturus, è sacrario exiens, & ad illud, sacrificio peracto, rediens, vultu deuotus, oculis modestus, corpore benè compositus, incessu grauis, & capite pileo clericali opertus, gradiatur,[u] quare neminẽ salutet, nec salutanti annuat, eumque Clericus, talari tunica, & superpelliceo amictus, præcedat.

5 Dum celebrat, minimè tegatur suppileo,[x] nec eum, siue sudariolum, aut aliud immundum, vel profanum super Altare deponat, nec annulum gerat,[y] necnon à ministro clericalem pileum seorsum ab Altari deponi, curet:

i c. 1. & c. sicut tum trib. seqq. dist. ead.
k c. vn. de cons. Eccl. vel alt. in 6. cum simil.
l c. alma mater de sent. excom. in 6.
m altaria de cons. dist. 1.
n c. 1. vbi Abb nu. 2. de cons. Eccles. vel Alt.
o c. consulto de cons. dist. ead. c. vlt. de custod. Euchar.
p c. vasa. & c. vt calix de cons. dist. ead.
q cap. vt illud dist. ead. c. proposuisti de fil. presb.
r cap. fin. de celebr. miss.
s c. nocte sancta de cons. dist. ead.
t c. necesse de cons. dist. 1.
u Conc. Trid. eod. decr. de obseru. in celebr. miss. vers. neminem prætereà.
x c. nullus Episcopus de cons. dist. 2.
y c. fin. vbi Decd. de vit. & honest. Cler.

ipſeque à publicatione ſecularium edictorum, aut negotiorum quorumcunque, niſi à nobis, vel Vicario noſtro obtenta licentia, aliàs ſeueras dabit pœnas.

6 Cum conſecrata hoſtia, ab adſtantibus intuenda, eleuatur, [z] in miſſis quidem priuatis tintinnabulum, quo adſtantium animi ad deuotionem, & tantæ oblationis myſterium venerandum excitentur, à miniſtro plectatur, in Miſſis autem ſolemnibus id Campana Eccleſiæ ſignificetur, vt etiam abſentes, quibus intereſſe admodum expediens eſſet, [a] mentem eleuent, & memoriam tanti ſacrificij ſpiritu recolant.

z d. c. ſane de celebr. miſſ.

a c. & hoc de conſ. ead. diſt. 1.

7 Cereæ faces, quæ ante eleuationem ſacroſanctæ Euchariſtiæ accenduntur, prius non extinguantur, quàm peracta à Sacerdote communione. [b]

b facit d. c. ſanè.

8 Primò ſacrum facientes, templum ab oblationes accipiendas nequaquam circumeant, ſed in gradu aræ conſiſtentes, neque tamen manus oſculandas, ſed duntaxat pacis inſtrumentum porrigentes, ad populum eas, ſponte factas, acceptari, ſe conuertant. [c]

c Conc. Trid. d. decr. de obſer. in celebr. miſſ. verſ. atque vt multa, &c.

9 Ad miſſam primò celebrandum Eccleſiarum Rectores, vel æditui, alijque, ad quos ſpectat, neminem, qui facultatem à nobis, vel Vicario noſtro conceſſam, non exhibuerit, admittant. †

† c. cunctis 16. q. 1.

10 Vnum autem tantum in Miſſis celebrandis ritum, quem ſcilicet Sancta Romana Eccleſia, omnium mater, & magiſtra in Romani Miſſalis poſtremò editi rubricis præſcripſit, volumus obſeruari. [d]

d Conc. Trid. d. decr. verſ poſtremo, & ſeſſ. ead. de miſſ. ſacrificio. c. 8.

11 Cum frequentia tanti Sacramenti Charitas magnoperè augeatur, atque humanitatis fomes paulatim, charitate ſuccedente, decreſcens penitus etiam extinguatur, [e] & è contra ex ipſius abſtinentia cor vehementer obdureſcat, [f] omnes Sacerdotes noſtræ Diœceſis in Domino obte-

e S. Thom. 3. par. q. 79. art. 6. in cap. & ad. 3.

f c. vlt. verſ. finito 82. diſt.

obtestamur, vt, si non frequentius, singulis saltem Dominicis, & festis diebus sacra faciant, [g] quando, si tam salutaris antidoti vsu caruerint, & mentem habere, cœlesti igne vacantem, & è contra sensus carnali ardore refertos, (quod omnino ijs, qui ex munere sacris sunt, ministerijs mancipati, indocens est) irrefragabili indicent argumẽto.

12 Nullus siue secularis, siue regularis sacerdos vagus, peregrinus, & ignotus ad Missę Sacrificium celebrandum, vel Ecclesiastica Sacramenta ministranda, sine nostra, vel Vicarij nostri generalis venia, (quam, sine commendatitijs litteris sui Ordinarij non concedendã, decreuimus [h]) assumatur. [i]

13 In priuatis Oratorijs etiam Sodalitatum, hospitaliũ, & piorum locorum ita demum sacra fieri, permittimus, si Oratoria ipsa nostra, vel prædecessorum nostrorum auctoritate, & seruatis alijs, de Iure, & sacrarum Constitutionum forma, seruandis, erecta sint, [k] ac nullum Parochiæ, sub qua sita sunt, detrimentum propterea afferatur. [l] Igitur Dominicis, & festis diebus, quibus quilibet suam adire Parochialem Ecclesiam tenetur, [m] & nos id minimè prætermitrere subditos nostros, optamus, in Oratorijs huiusmodi Missa prius non celebretur, quàm in Parochiali Ecclesia fuerit expleta: Diebus vero Paschatis, Pentecostes, & Natiuitatis Domini nequaquam in eisdem Oratorijs sacrum fiat. [n]

14 Cum autem etiam eos, qui aliquo occulto peccato implicantur, præscriptum sit, Sacerdotes, qui maculam habent, ad Altare non accedant, [o] multò magis animaduerti debet, vt sacerdos, qui pro homicida, aut cum mulieribus assiduo concubitore, vel fœneratore publicè habeatur, vel alio notorio crimine notetur, tanti muneris exercitio vacet, [p] nè & sibi artius laqueum, ad instar

Iudæ

g *c. quotidie de consec. dist. 2. S. Thom. 3. par. q. 82. art. 10. in corp.*

h *c. extraneo 71. dist. c. tua de Cler. peregr.*

i *Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 16.*

k *c. missarum c. hic ergo c. vnicuique, & c. seq. de cons. dist. 1. c. fin. vbi per Doct. de censib. cum sim.*

l *arg. cap. in his de priuil.*

m *c 2. vbi Abb. nu. 1. de Paroch. Conc. Trid. sess. 22. d. decret. de obser. in celebr. miss. vers. moneant, &c. & sess. 24. de reform. c. 4.*

n *c. siquis etiam de cons. dist. 1.*

o *leuit. 21. c. sacerdotes. 1. q. 1.*

p *c. si post. dist. 50. c. præter hoc. 32. dist. cum simil.*

q c. sicut Iudas de consf. dist. 2. r c. nullus 32. dist. cap. vestra de cohab. Cler. & mul.

Iudæ iniiciat, [q] & alijs scandalo, & detrimento sit, [r] Idcirco vnusquique se probat, &, si quispiam (quod absit) alicuius criminis reus sit, Altari non ministret, quòad, diuina suffragante gratia, peccatis salutari pœnitentia, & Canonica satisfactione (præcipuè si publica sint) sublatis, atq; ipso odoris bonorum operum vnguentis extrinsecus, illito transactæ vitæ omnis turpis nota deleatur, atque malè olentis famæ fœtor abigatur. [s]

s cap. ponderet. & c. seq. c. cum exaudiero. §. sed exemplo, & c. seq. ead. dist. 50. c. vlt. dist. 82. cum simil.

15 Celebrantes siuè in nostra Cathedrali, siuè in alijs quibuscunquè nostræ Diœcesis Ecclesijs in libito, quem missis celebratis describendis statuimus retinendum, ipsimet se nomine, & cognomine notent, vel ab æditu notari, curent, hac etiam lege, vt id alia persona, præter ipsum celebrandum, vel æditum, vt declarauimus, non præstet, nec annotatio ipsa prius fiat, quàm missa expleta sit, aliàs excommunicationem ipso facto incurrat.

De Sacramento Pœnitentiæ. Cap. XXX.

SVmma profectò animarum cura in Pœnitentiæ Sacramento consistit, quando post vniuersale malorum diluuium, quod per Adæ peccatum in humanam effluxit naturam, (heu miseri) etiam in tuta fidei naui, per salutare lauacrum positi, à Spiritu sancto, tutissimo gubernaculo, per Confirmationis Sacramentum ducti, atque Diuinæ Charitatis mysterio, quasi velis, remigijsquè fortissimis vecti; [a] cum tamen adoleuerimus, cęlestem, quo tendimus, portum sine manifesto, ac frequenti naufragio, cui & vitæ periculis, & hostium insidijs, & naturæ pondere subdimur, aliter attingere, quàm arrepta pœnitentiæ tabula, nequimus. [b] Vnde quò magis perdito homini necessarium est remedium, eò solertiori charitate à Sacer-

a in S.Thom. 3. par. q. 65. art. 1. in corp. & q. 73. art. 3. in corp. & q. 84 art. 6. in corp.

b c. 2. vbi glos. & Turrecr. de pœnit. dist. 1. S. Thom. d. q. 84. art. 6. in corp.

cer-

cerdotibus exhibendum, ac maiori conatu à fidelibus amplectendum esse, perspicuum est.

2 Igitur Parochi omnes, quique audiendarum fidelium confessionum muneri sacerdotes addicti sunt, id summo studio exequantur, ac non tantum præstent peritia, qua inter peccatum, & non peccatum discernant, sed etiam prudentia polleant, qua pœnitentium conscientias expurgent, suppleant ignorantiam, negligentiam excipiant. c Potissimum autem laborent, vt cordis eorum duritiem aptis monitionibus molliant, eosque ad veram suorum delictorum contritionem, & amissam charitatem reuocent, qua & præterita donari, & futura arceri peccata, diuina gratia mereantur. d

3 Parochi frequentem de huius sacramenti necessitate, & vtilitate sermonem ad Populum habeant, e & quantum, Sancto Suffragante Spiritu, assequi poterunt, sine intermissione, prout illorum præcipuum munus est, fideles admoneant, ne peccatum regnet in eorum mortali corpore, f eosque ad hoc sacramento frequentius vtendum, inducant, præcipuè autem studeant, vt ipsi præceptum Ecclesiæ de annua confessione diligenter obseruent, g & quod piæ matris indulgentia semel fieri, concessum est, summo studio præstent, vt saltem pœnitentia sit vera, quæ Deum ad ignoscendum inducat; non autem falsa, aut ficta, quę ipsum magis ad iracundiam prouocet: h Ideo primo quolibet Dominico die Quadragesimæ plebem, sibi commissam Parochi admoneant, vt quisque quamprimum Sacramentali pœnitentia renouetur, nec eam in postremam hebdomadam differat, cum propter illius temporis angustiam, & diuinorum officiorum impedimentum vix vlla possit fieri pœnitentia, quæ aut ob breuitatem imperfecta, confusa, vel interrupta non sit, aut certè, si rece-

c c. 1 de pœnit. dist. 6.

d d. cap. 1. c quem pœnitet. ead. dist. 1. & cap. 4. cum plur. seqq. ead. dist. 2.

e Catechis. par. 2. c. 6. in princ.

f Apost. ad Rom. 6.

g c. omnis de pœnit. & remiss.

h c 2. & cap inanis cum plur. simil. de pœnit dist. 3.

recedente Quadragesimali tempore, quod potissimum pœnitentię statutum est, pęnitentis anima non fuerit gratiæ vsu in Charitate firmata. statim fore, vt ad vomitum redeat, maximè verendum est. [i]

i c. 1. de pœnit. dist. 2

4 Sacerdotes, Confessionibus audiendis præfecti, pęnitentibus satisfactionem iniungentes, eam iuxta culparum grauitatem, & pœnrtentis contritionem, exquisita procedentes prudentia, arbitrentur; [K] neque autem nimium erga ipsos indulgentes, vnde eis Peccandi dent ansam, nec nimium seueri, vnde in laqueum eos incidere faciant Diaboli, se prębeant, † sed iungentes cum lenitate rigorem, ipsis declarent, quid propterea à Canonibus pœnitenrialibus (quos quemlibet penes se habere, & ediscere vehementer optamus) pro pœnitentia irrogandum esset, &, cum opus fuerit, acerbiseuuli, mitiores tamen lege, vnde salutare pharmatum tradant, libentius propinandum, se reddant. [l]

K c. in actione, & c. mensuram ead. dist. 1. c. tempora. 26. q. 7. & Conc Trid. sess. 14. de Sanctiss. pœnit. sacr c 8.

† d. c. tempora, & c. seq. 26. q. 7.

l Innoc. singulariter in d. c. omnis. sub nu. 3. de pœnit. & remiss. & facit. c. obligant autem, 26. q. 7.

5 Presbyteri sęculares confessionum audiendarum munus, extra necessitatis casum non, nisi superpelliceo, & violacea stola, collo superposita, nec regulares secus, quā eo habitu, quem in Choro ad diuina persoluenda adhibent, induti, ac sedentes, tectoque capite peragant.

6 Sacerdotibus omnibus tum secularibus, tum Regularibus, ad Parochialium Ecclesiarum regimen, siuè ad animarum curam non assumptis, aut præuio examine oominatim à nobis, vel Vicario nostro non approbatis (exptis necessitatis casu) confessiones, ac breues etiam reconciliationes audiendas, quacunquè facultates à prædecessoribus nostris forsan concessa, quam præsenti Constitutione reuocamus, non obstante, penitus interdicimus.

7 Exploratum quidem est, hoc Sacramentum nedum ordinem, seq etiam Iurisdictionem ministri exigere, itaut

qui-

quicunque altero caruerit, nihil agat, [m] ideo caueant omnes, qui huic muneri adscripti sunt, nè facultatis, sibi à Iure vel priuilegio datæ, limites egredientes, se, ac pœnitentes æternis mancipent cruciatibus. Quare Parochi alienos subditos non iudicent, [n] nec ipsi neque alij quicunque etiam Regulares, à nobis vel Vicario nostro approbatis, à censuris, & sententijs, à Iure vel ab homine latis, aut à casibus, nobis & sanctæ sedi Apostolicæ reseruatis, præterquam in mortis articulo, aut cum à Sanctissimo Romano Pontifice in aliquo fuerit Iubilęo (quo casu nec cum irregularibus valent, nisi in ipsis Iubilęi litteris fuerit expresse cautum, dispensare [o]) aut speciali facultate eis indultum, quemquam absoluant. [p]

8 Magni quidem interest, ægrotos licet Sacramentale Confessione, quam per quemlibet idoneum, & approbatum Sacerdotem recipere possunt, renouatos, sacratissimo viatico, & extrema vnctione, quibus cæterorum virtus perficiatur, [q] quorumquè Parochus tantum minister constitutus est, [r] non destitui. [s] Ideo Confessarij omnes siue seculares, siue Regulares ad Confessionem alicuius ægrotis audiendam accessit, non accedant nisi prius, aut in continenti post Parochum, qui ægrum inuisat, & iuxta quod expedire intellexerit, cætera ministret sacramenta certiorem fecerint: si quis autem in tanta fidelium animarum necessitate haud soles fuerit, eum ad ipsarum animarum languoribus medendum minus idoneum, & Ecclesiastici ministerij indignū censentes, huius Sacramenti conferendi facultate, quatenus à Iure nobis datum est priuabimus, atque in posterum ad id munus iterum non admittemus.

9 Necesse quidem est eum qui necessariam habet Iurisdictionem, subditos iudicare, sed valde æquum est, vt

M nemo

m S. Thom. suppl 3. par. q. 8 art. 4. in corp & Conc. Trid. sess. 14. de sacram. pœnit. 16. c. 6. & 7.

n S. Thom. d. q. 8. art. 4 vers. sed contra, & in corp. & Roff. in d. c. omnis.

o arg. cap quarenti de verb. sign.

p Conc. Trid. ead. sess. 14. de sanctiss. penit. sacr. c. 7.

q S. Thom. 3. par. q. 65. art. 4. & in suppl. q. 30. art. 1 & p. 3. q. 73. art. 3.

r Clem. religiosi vbi not. de priuil.

s c. 1. 26. q. 7. cap. officium de off. Archipresb.

nemo pœnitentiali Iudici se subdat, cui penitus non se credit, vel ei subdi, sibi haud expedire, arbitratur, [t] ideo animarum rectores in concedendo subditis suis alios, confessarios adeundi facultate difficiles non se reddant [u] siquidem autem vel quia quispiam publicè cum aliqua inimicitias retinet, vel concubinam non dimisit, vel alio crimine conatus est, iustam suspicandi caussam, ne is fuerit censessus, habeant, ei, nisi Confessarij de audita Confessione, & absolutione impertita testimonium afferat, minime credant. [x]

10 Principio Aduentus Domini, & Quadragesimæ Parochi singulis annis casus, sedi Apostolicæ, & nobis reseruatos, populo denuncient.

11 Cum autem optima ratione in Lateranensi Concilio [y] ac demum Pij Quinti Constitutione, [z] sancitum sit, vt cum aliquis valetudine laborare ceperit, medicus prius aduocetur animarum, cuius cura peccatum, morbi, vt plurimum, caussa deleatur, nolumus, earum salutarium sanctionum obseruationem desuetudine vllo modo aboleri: quare Medici corporum, si tertio die æger confessus non fuerit, eum sine cura (nè pœnis, in eisdem Constitutionibus comminatis, subdatur) potius derelinquat Confessarij verò eos, qui paruerint, non sinant corporalibus etiam destitui auxilijs, sed statim atque quenquam ægrũ, sibi confitentem, iudicauerint de audita Confessione, & concessa absolutione in scriptis ipsi medico testimonium proferant,

12 Omnibus Confessarijs, ne supina ignoranria fines suæ Iurisdictionis egrediantur, mandamus, vt quilibet transumptum bullæ in Cæna Domini, atque casuum nobis, & Apostolicæ sedi reseruatorum [a] indicem, sæpius perlegendum, & memoriæ commenndum, habeant.

13 Ca-

t cap. vlt. de pœnit. dist. 5. glos. Innoc. & Doct. in d. c. omnis de pœnit. & remiss.
u S. Thom. suppl. 3. p. q. 8. art. 4. ad. 6.

x c. sicut de sent. in com. Sylu. in summ. ver. Confessor. 2. sub. nu. 13. vers. 17.

y c. cum infirmitas de pœnit. & remiss.
z dat. die 8. Martij 1566. incip. supra gregem, &c.

a infra c. seq.

13 Canonico Pœnitentiario duntaxat nostræ Cathedralis Ecclesiæ, & alijs, quibus nominatim indulserimus, absoluendi facultas à casibus, nobis reseruatis, sit concessa. Ipsum autem Pœnitentiarium in loco, in eadem Ecclesia sibi constituto, ne à quoquam sui præsentia desiderari possit, sæpè, sed eo potissimum tempore, quo pœnitentiū est maior frequentia, vt Quadragesimæ, Aduentus, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, Assumptionis Beatæ Mariæ, Omnium Sanctorum, & Natiuitatis Domini diebus, (nequè enim in cassum Domino operabitur) residere, vehementer optamus.

14 Cum nihil sit, quod magis sacerdotale munus vituperet, quam cupiditas, [b] quibuscunque, confessionum audiendarum muneri destinatis, sub diuinæ districtionis, & Canonicæ animaduersionis interminatione prohibemus, ne pecuniarias pœnas, siue eleemosynas, etiam pro missis celebrandis, alioùe pio opere prętando, sibi, vel suæ Ecclesiæ erogandas, pœnitentibus pro satisfactione iniungant, neque eas sibi dari, petant, nec verbis, aut factis innuant, sed alijs potius sacerdotibus, vel Ecclesiæ, aut pijs locis pęnitentium arbitrio eligendis, liberè erogari, sinant, [c] multò minus etiam in actu Confessionis quicquam accipere audeant, [d] aliàs ab huiusmodi munere ipso facto suspendantur.

15 Quotiescunque vel alicuius Iubilæi, vel alterius specialis nostræ, vel Apostolicæ facultatis dispensatione Cōfessarijs, vt votum aliquod commutare valeant, indultum fuerit, caueant, ne id in minora. aut leuiora pietaris opera commutent, sed maiora potius, ac Deo gratiora, vel merito æqualia summa, qua decet, prudentia, sumptus, labores, & incommoda, quibus pęnitens, si promissis stetisset, afficeretur, expendentes, imponant. [e]

b c. virum 47. dist. c. Diaconi sunt. vers. nunc autem, & vers. seq. 93. dist. c. gloria 12. q. 2.

c arg. d. Clem. 1. §. quibus de priuil.

d arg. c. baptizandis. 1. q. 1.

e c. 1. Abb. nu. 3. de vot.

16 Confeſſionibus cum virorum, tum mulierum audiendis in ſedibus, ad id conſtitutis, Sacerdotes ſe exponant, nec fęminarum præcipuè confeſſiones in priuatis domibus, aut in propinquis Eccleſiæ, cubiculis, vel angulis, aut adbitis in locis eiuſdem Eccleſiæ, nec ante ſolis ortum, vel poſt ipſius occaſum (niſi vrgente neceſſitate) audiant, [f] alioquin pęnas, arbitratu noſtro decernendas, dabunt.

17 Abſolutionis forma, quam quemlibet ediſcere volumus, eſt, videlicet; Poſtquam ſacerdos dixerit, Miſereatur tui &c. extendens manum verſus pœnitentis caput, ſubdat, Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego auctoritate ipſius, mihi conceſſa, abſoluo te in primis à vinculo excommunicationis, in quantum poſſum, & tu indiges, item eadem auctoritate abſoluo te ab omnibus peccatis tuis In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen: Deinde demiſſa manu dicat. Paſsio Domini noſtri Ieſu Chriſti, & merita Beatæ Mariæ ſemper virginis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali patienter ſuſtineris, ſit tibi in remiſsionem peccatorum, in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

f arg. c. hoſpitiolum 32. diſt. c. Clericus. c. ſed ſi forte, & cap. Clerici. 81. diſt.

De Caſibus reſeruatis. Cap. XXXI.

SVmma prudentia, & pietate conſuetudine Eccleſiæ introductum eſt, ordinarios grauiora quædam peccata, vt ab eis perpetrandis populi deterreantur, ſibi dimittenda, reſeruare. [a] Quare & nos, hunc ſanctum, & antiquum morem proſequi, volentes, hos, qui ſequuntur, caſus ad populi, nobis diuina miſeratione commiſsi, ædificationem, & ſalutem excipimus. In ijs ergo nullus ſiue ſecularis, ſiue quorumlibet ordinum regularis, niſi cui facultatem nominatim conceſſerimus, abſoluere audeat,

a Conc. Trid. ſeſſ. 14. de ſanctiſſ. panis. Sacr. c. 6.

alias

lias absolutionem huiusmodi, tanquam ab incõpetenti iudice latam, nullam, & irritam decernimus, ac Sacerdotem excommunicationi ipso facto subijcimus [b] & alias etiam impudentiæ pęnas, arbitrio nostro statuendas, luere habebimus.

Hos autem nobis absoluendos reseruauimus, videlicet. Deum aut Beatam Virginem pluries quam ter blasphemantes. Homicidium voluntarium committentes.

Parentes, aut nutrices, aut alios quoscunque qui infantes secum in lecto cubantes opprimunt.

Viros cum consanguinea, vel affine vsquè in secundum gradum, aut cum cognata spirituali turpiter coeuntes [c]

Concubinarios. [d]

Sodomitas, aut cum bestijs se carnaliter commiscentes.

Falsum in iudicio, siue In fauorem, siue in præiudiciũ alterius deponentes, consciosque, aliosq; socios criminis [e]

Eos, qui cum restitutioni cuiuslibet rei, vel pecuniæ incerto Domino obnoxij essent, pecuniam, vel rei pretium a capsula incertis huiusmodi deponendis, & in pios nostros arbitrio vsus erogandis, destinata, & in Cathedrali Ecclesia collocata, non reposuerint.

Confessarios, qui pęnitentes incertorum huiusmodi restitutioni obnoxios, restituenda alibi, quàm in eadem capsula reponi mandauerint, aut suaserint. [f]

Confessarios etiam, qui quoscunque sibi confitentes, ad turpia, aut obscœna, licet haud immediatè post Confessionem induxerint, aut solicitauerint. [g]

Viros aut mulieres, ad quos vel quas cura pertinet puellarum, si semel atquè iterum à Parocho, siue priuatis siue publicis cohortationibus moniti, monitæue, puellas sibi subditas, diebus festis ad sacrum ex præcepto Sanctæ Matris Ecclesiæ fieri videndum Ecclesiam adire prohibuerint,

[b] *Clem. dudum vbi in vers. concessa de sepult. Clem. Religiosi de priuil. vers. non etiam in casibus, &c. Const. Sacr. Congr. Reg. sub die 9. Ianuarij 1601. de qua in fin.*

[c] *glos. in c. si Episc. in ver. reseruantur de pœnit. & rem. in 6.*

[d] *ad Concil. Trid. sess. 24. de reform. matr. c. 8.*

[e] *glos. in d. cap. si Episcopus.*

[f] *ad cap. cum sit de Iudæis glos. in d. c. si Episcopus Host. in summ. de pænit. & remiss. §. cui confitendum.*

[g] *ad ea quæ trad. Penia. super direct. inquis. Comment. 81. vers. illa quone.*

rinr, vel quod ipsæ eidem præcepto satisfaciant non effecerint. [h]

3 In infra proxime notatos excommunicationem etiam præterea irrogauimus, videlicet

Abutentes per se vel per alium Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, Chrismate, Oleo sancto, siue Sacramentalibus, [i] ac Sponsos & Sponsas, qui quæuè ante celebratum matrimonium per verba de pręsenti quomodolibet simul inhonestè tractauerint, quiue ex eis ad alterius domum accesserint, quiquè, quod ij transgrndiantur, auctores, fautores aut complices fuerint. [K]

Aliosque in nonnullis alijs in harum Synodalium Constitutionum volumine latius expressis casibus declaratos. [*]

4 Casus autem reseruati Sanctę Apostolicæ Sedi sunt, videlicet.

Contenti, & expressi in Bulla in Cœna Domini, Item violatio immunitatis Ecclesiasticę ex Constitutione Gregorij XIV. [l]

Violatio clausurę Monialium ad malum finem ex Constitutione Gregorij XIII. [m]

Prouocatio, & consensus ad singulare certamen siue duellum. [n]

Iniectio manuum violentarum in Clericum, vel Monachum. [o]

Simonia realis scienter contracta [p] &

Beneficialis confidentia. [q]

5 In quibus omnibus, & singulis casibus, tum à nobis, tum ab eadem sede Apostolica reseruatis, sacerdotes quicunque, etiam Regulares quorumcunq; ordinum, etiam Mendicantium, Militiarum, aut Congregationum etiam Societatis Iesu, & aliarum quarumlibet ipsorum Regularium, & ordinum priuilegiorum, & Indultorum, prætextu

h c. miss. & c. seq. de cons. dist. 1. sup. c. 10. §. 3.

i supra c. 24. §. 10.

K infra c. 34. § 10

* sup c 6. §. 9. c 10. §. 6. c 20 §. 8. & §. 19. c 23 § 3. & §. 5. c. 29 §. vlt sup. cap. eod §. 1. & infra c. 34. §. 3. & § 16 & c. 36. §. 2.

l Incip. cum aliâs nonnulli dat. non. Kal. Ian. ann. 1.

m Incip. vbi gratia dat. idib. Iun. 1575.

n Conc. Trid. sess. 25. de refor. cap. 19. Const. Greg. 13. ad tollendũ dat. 1582. ann. 11. & Clem. 8. Illius vices dat. 16. kal. sept. 1591.

o c siquis suadente 17. q. 4.

p extrau. cum detestabile de sim. cum alijs simil.

q Const. Pij v incip. intolerabil. dat kal. Iun 1569 & Pij 4. incip. Romanũ Pontificem dat 17. Kal. Nouembr. ann. 5.

tu etiam specialium absoluendi à casibus prȩfatis quomodolibet à sede Apostolica concessarum facultatum, nisi quò ad casus huiusmodi nobis reseruatos venia nostra in scriptis obtenta, neminem absoluere, prout à Sacra Congregatione negotijs,& consultationibus Episcoporũ, & Regularium de voto felicis recordationis Clementis Papȩ Octaui sancitum,& declaratum est, [r] sub pœna excxcommunicationis, & alijs, in eodem decreto statutis, pœnis audeant.

r *sub die 9. Ianuarij 1601. & sub die 26. Nouembr. 1602.*

De Sacramento Extremæ Vnctionis, Cap. XXXII.

CLementissimus Redemptor noster ideo de Cœlo descendit, vt sauciato per peccatum homini, suo sanguine, quem postea in Cȩlum [illegible], in sacramentorũ vasis recondidit, mederetur: Vnde nec tantum vlcus Baptismate lauit, sed, & Collyrio Confirmationis inunxit; excrescente morbo, pȩnitentiæ pharmacum ei adhibuit, & immortalitatis alimento eum refecit: [a] nec propterea satis esse humanȩ sanationi, prospiciens, quando natura, mortali prius morbo affecta, licet pharmaco leuata, ita tamen debilis remaneat, vt etiam venenatis teterrimi anguis, calcaneo insidiantis, morsibus succumbere facilè posset, huic quoquè malo occurrens, spirituale antidotũ, salulari vnctione, qua homo in extremis agens, liniatur, compegit, [b] Ideo Parochi caueant, ne quemquam, ex hac vita egredientem, eo fraudent, sed maiori, qua poterunt, pietate, & studio id opportunè ministraturi, se exhibeant. [c]

a *ex S. Thom. suppl. 3. par. q. 30. art. 1. in corp. & ad 2.*

b *ex Concil. Trid. sess. 14. de extrem. vnct. in proœm.*

c *e. officium. de off. Archibrasb.*

3 Instruant etiam sȩpè fideles sibi commissos, de ipsius virtute, & efficacia, moneantque, maximè cauendum,

nè

nè quisquam sine hoc sacramento decedat. [d]

4 Si fieri posit, & morbus patiatur, curent Parochi, vt qui hoc Sacramento inungendus est, sanctissima prius sacramentali pęnitentia leuatus, & sacra Eucharistia refectus sit, vt ipsis munitus, sanctæ Vnctionis fructum meliorem, & vberiorem accipiant: [e] studeantque eandem vnctionem ægro opportunè adhibere; sicut enim nō est cuipiam ministranda, qui in articulo mortis constitutus non sit, ita neq; ei præbenda, qui integris caret sensibus, nec quid agatur, intelligit. Verum si ægrotus, ingrauescentis morbi vi correptus, sensus rationem amiserit, qui tamen id antè petierit, vel per ipsius Pij animi significationem fore, vt, nisi, morbo esset prægrauatus, id peteret, credibile sit, ritè vngi poterit. [f]

4 Sacramentum hoc ijs, qui cum sumere possent, renuerunt, vel qui in publicis peccatis, (quod Deus auertat) vel in notorio peccandi statu perseuerarunt, vel qui ab Ecclesia alienati fuerunt, nec aliquod verę pęnitentiæ indicium præsetulerunt, denegetur. [g]

5 Sanctum infirmorum oleum in sacrariolo, propè maiorem Ecclesiæ Aram in muro constructo, foribus, & tuta claue septo, cuius interior pars panno sericorum ornata sit, & in cuius superiori, vel inferiori limine inscriptio, quæ sacrarij cognoscatur vsus, apposita sit, prout in Visitatione constituimus, custodiatur. [h]

Vasculum verò, in quo oleum asseruatur, sit vitreum, alio vasculo argenteo, vel certè stanneo circumdatum, atque decenti sacculo inclusum; quibuscum vase, & tegumentis semper ad ægros feratur: habeat etiam idem sacculum sericas cordulas, quibus ad sacerdotis collum posit appendi: Sacerdos autem, ipsum ferens, aut ministrans, superpelliceum, & stolam violaceam induatur, [i] eumq ue alius

d Catechis. par. 2. c. 6. in princ.

e Catechis. d. c. 6. vers. 9. sed docendi. Quo. sentit. S.Thom. d. ar. 1. in corp.

f Catechis. vbi supr.

g c. illud 95. dist. sup. c. 24. §. 6.

h cap. 1. de Custod. Euchar.

i c. Presbyter. & c. seq. 23. dist.

alius Clericus, superpelliceo pariter vestitus, Crucem, & vasculum aquæ benedictæ deferens, præcedat.

6 Parochi prius, quèm hoc Sacramentum adhibeant, laboranti declarent, id esse præcipuam animæ medelam, quæ, si Deus expedire cognouerit, etiam corpus sanum reddet, explicent etiam, quomodo animam à peccati reliquijs, [k] nempe mentis debilitate, atque infirmitate, quæ post peccatum, etiam per pœnitentiam deletum, remanet, ac peccatis venialibus expurget, & in postremo agone confirmet, [l] eumque hortentur, vt maiori, qua poterit deuotione, & fide ipsum suscipiat, &. vt verè de suis delictis conteratur, efficiant. [m]

7 Vngi quidem ægrum in membris, vnde radix spiritualis morbi processit, quod per sensus præcipuè contingit, necesse est, [n] ideo quibuscunq; vnctionem in pectore, vt nonnulli vsurpare solent, vtpotè quæ morbo non conueniat, fœminis etiam in renibus, vtpotè quæ, tametsi ab concupiscentiæ morbum vtilis, honestatis tamen gratia non expediat, & Sacerdotibus in digitorum articulis intra manum, vbi in ordinis susceptione inuncti sunt, (ij enim in exteriori digitorum manus parte liniendi erunt) adhiberi, prohibemus. AEgro verò sacro oleo illito, stupa, aut bombice vnctio tergatur, eamque postea secum Presbyter ad templum reportet, & comburat, ac cineres in Sacrarium, sacris projciendis destinatum, inferat. [o]

8 Peractis vnctionibus, sacerdos digitos abstergat, & abluat, atq; aquã in ignẽ projciat, deinde ad ægrotum accedat eumq; blandè, & suauiter soletur ad morbi, grauitatem, doloréque patienter perferendum, eumque moneat, æquo animo esse, ac Deo quam maximas ob dolorem, quam sustinet, quo & Christi passionibus particeps fit, & conglorificari merebitur, [p] gratias agere, atque ipsius

k S. Thom. suppl. 3. par q. 30. art. 2. in corp. Conc. Trid. sess. 14. de sacr. extrem. vnct. c. 2.

l S. Thom. d. q. 30. art. 1. in corp. & ad 2. Concil. Trid. vbi supra.

m S. Thom. eod. q. 32 art 3. in corp. & sentit Catechis. vbi supra.

n S. Thom. d. q 32. ar. 6 in corp. Catechis. d. c. 6. vers. 10. non sunt, &c.

o arg. c. altaris, & seq. de cons. dist. 1.

p Apost. ad Rom 8.

mentem à terrenis curis auocare eamque in Cęlestis vitæ, & æternę fęlicitatis; qua diuina misericordia donandus sit, contemplatione defigere: Ipsum autem præcipuè Catholica fide confirmet, eique salutaria monita, quibus sathanę insidijs in supremo vitæ agone occurrere valeat, summa charitate tradat, ac sanctæ Crucis, quam secum tulerit, & prope eum collocatam, vsque ad extremi spiritus exitum permanendum, relinquet, præsidio mvniat: eum etiam in certam de suorum peccatorum remissione per Clementissimi Dei misericordiam, & vitæ, passionis, & mortis Domini Iesu Christi merita, per sancta pęnitentię, Eucharistię, & extrema Vnctionis, quibus munitus existit, sacramenta, spem erigat, eique suggerat, vt sanctum Iesu nomen, si ore nequiuit, corde inuocet, ac sanctissimæ Dei genitricis Mariæ præsidium imploret, aliaq; pietatis, & religionis monita, prout temporis opportunitas postulauerit, tradat.

9 Cauti sint Parochi, nè in domo ægroti sancti olei Vasculum imprudenter relinquant, sed id apud se diligenter custodiant, & ad templum, in eius sacrario recondendum reportent.

10 Si quis autem in ijs, quæ quòad huius sacramenti administrationem statuimus, culpæ, aut desidiæ notari meruerit, grauiter arbitrio nostro punietur.

De Sacramento Ordinis. Cap. XXXIII.

ORdinis Sacramentum, quo præcipuè Ecclesiæ filij propagantur, ac per eos cętera Sacramenta ministrantur, Episcopi quidem est, conferri, sed quia frustra oues colligimus, & sub custodia retinemus, si eæ vltro rugienti leoni sese dispergendas, & mactandas prodant, non-

nonnulla, per quæ ministerium nostrum rectè expleri valeat, constituimus, atque alia, iussu Ecclesiæ constituta, per quæ Sacramentum ipsum cohonestatur, vnicuiq; nota esse volumus.

2 In primis ergo omnes, qui diuino ministerio adscribi cupiunt, in Domino obtestamur, ne ad sacros ordines, honoris, diuitiarum, aut temporalis commodi gratia, quasi à labore ad requiem, ab egestate ad lubidinem, ab oneribus ad honores migraturi, qui saluatoris ore mercenarij pronunciantur, [a] accedant, [b] sed pura mente, recta intentione, ac religiosa conscientia, Deo per omnia famulaturi, ac tanquam Domini sors futuri, nihil præter Dominum possessuri, arbitrantes, sincerè, ac liberè se Deo, à quo neque corporalibus destituentur alimonijs, dedant. [c]

a c. sunt in Ecclesia. 8. q. 1.
b Sanct. Bernard. de Conuers. ad Clericos serm. 29.
c c. Clericus 12. q. 1.

3 Semper autem Christi fidelibus necessaria est oratio, ea tamen potissimum in Spiritus sancti infusione exigitur ideo Apostolicis docti monimentis, [d] cũ ordinationes facere constituimus, omnes nobis subditos in Domino hortamur, vt pijs precibus, Deo profusis, ministerium nostrum adiuuent, quatenus sancti Spiritus lumine illustrari, ad ordines eos tantùm, quos Deus ipse elegerit, promoueamus. Quocirca omnibus, curam animarum, tum in Ciuitate, tum in Dioecesi habentibus, mandamus, vt, publicato ordinationis, à nobis agendæ, edicto, quamprimum illud in suis annuncient Ecclesijs, ac die Dominico, qui proximus ordinationi precedit, plebem suam nostro iussu ad orandum ijs diebus prouocent, ipsiq; Litanias de Sanctis palam, audiente populo, canentes, per Templum, Cruce à Clerico antelata, procedant, aut certè ante matrem aram genuflexi, eas cum precibus, & orationibus recitent.

d Act. 1. 6. & 13.

e S. Thom. suppl. 3. par. q. 36. art. 1. in corp. & art. 5.
f Catechism. par. 2. c. 7. vers. 31. plurium itaque.

4 Caueant ordinandi, nè ad Sacramentum cum mortali crimine accedentes, iniuriam sancto inferant Spiritui, ipsiq; sacrilegij rei fiant, [e] ideo non accedant, nisi confessi, [f] atque, vt potiori gratia confirmentur, ipsius ordinantis ministerio sacra mensa reficiantur. Si quis autem huic salutari monito non paruerit, ipsum Spiritum sanctũ sentiet vltorem, ac nos impudentiam huiusmodi sine correctione non dimittemus.

g sess. 23. de refor. cap. 17.

5 Ne ordinum vllorum gradus frustratorij habeantur, iuxta Tridentinæ Synodi [g] sanctionem constituimus, vt munia, ad quolibet minores ordines pertinentia, ab ijs tantum, qui eo ordine insigniti sunt, & ad ea præstanda sunt idonei, tonsuramque, & Clericalem habitũ gerunt, nisi necessitas, quæ legem non habet, aliud postulet, semper præstentur.

h idem Conc. d. sess. 23. cap. 5.

6 Omnes, & singuli Clerici tum seculares, tum Regulares, cupiẽtes insigniri otdinibus, siquidem maioribus per triginta, si verò minoribus per octo dies ante ordinationem coram nobis, vel Vicario nostro generali sese sistant, [h] à quibus licentia, vt ordinari valeant, obtenta, à Curiæ nostræ Tabellario inter ordinandos se annotari, curent; quod si id facere neglexerint, tanquam contumaces, ab ordinibus repellentur.

i c. 1. & tot. tit. de etat. & qual. ord. cum simil.
K c. Episcop 24. dist.
l c. quando ead. dist.

7 Ad Ordines siue maiores, siue minores promoueri cupientes, studeant, vita, moribus, scientia, & ætate, cuicunq; ordini congruentibus, præstare, [i] atque ab ijs etiam, qui foris sunt, testimonium habere bonum: [K] siquis autem per examen, & inquisitionem per nos, vel Vicarium nostrum, ac peritos, & prouidos viros faciendam, aut per fidem dignorum hominum, etiam extra iudicium relatam, in aliquo eorum defecerit, voto compos non erit. [l]

8 Prima tonsura initiandi, veste Clericali de nostra vel

Vica-

Vicarij nostri licentia decenter induti, fide de Baptismi & Confirmationis Sacramentis susceptis instructi testimonio ludimagistri, & Parochi de vita, moribus, & Canonica habilitate muniti, rudimenta fidei edocti, legendique & scribendi periti, [m] ac septennio maiores, [n] accedant, aliàs non admittentur,

m Conc Trid. d. sess. 23. c. 6.

n c. in singulis ibi ab infantia 77. dist.

9 Ordinibus minoribus decorandi, testimoniales de tonsura; siue alio proximè susceptó ordine, litteras sui Parochi de probis moribus, laudabili vitæ consuetudine, Clericali habitu, & tonsura nunquam dimissis, pœnitentiæ, & Eucharistiæ sacramentis per singulos menses, & aliàs pro ut constituimus, [o] susceptis, & doctrinæ Christianæediscendæ, docendæuè frequentia testimonium, Rectoris prętere a Ecclesiæ, cui quisque adscriptus fuerit, defunctionibus, & exercitijs in præcedenti ordine expletis, fidem, ac ludimagistri, sub quo instruuntur, de continua in scholis præsentia, & profectu in litteris attestationem scriptis exhibeant, latinam linguam calleant, aut certè, se eam breui percepturos esse, spem præseferant, aliàs nequaquã ad ordines admittentur. [p]

o supra c. 13. §. 11.

p Conc. Trid. d. sess. 23. c. 11.

10 Ad singulos maiores ordines accessuri, testimoniales litteras de susceptis præcedentibus ordinibus exhibeant, doceantque, se in eisdem ordinibus integrum annum (nisi aliud nobis alicui iusta de causa visum fuerit indulgere) in Ecclesia, cui adscripti sunt, assiduè exercuisse. Parochi præterea de vita, moribus, ætate, à iure præscripta, Clericali habitu, & tonsura à se gestis, Sacramentisque, vt constituimus, frequentatis, deque publicis denunciationibus, inter Missarum solennia, iuxta præscriptum à Tridentina Synodo [q] modum factis, neque quicquam releuans contra ipsos ab aliquo reuelatum extitisse, continens, testimonium iuramento vallatum. offerant, talaribus vestibus induan-

q d. sess. 23. c. 12. 13. & 14.

induantur, & Clericalem coronam conspicuã gerant.[r]

11 Præterea cum iura maximè obhorreant, eos, qui diuinis sunt mancipati muneribus, cum ordinis dedecore mendicare, aut turpem quæstũ exercere,[s] nemo ad subdiaconatus ordinem promoueri poterit, qui beneficium Ecclesiasticum, aut proprium patrimonium, ex cuius redditibus, quos aliàs taxauimus, commodè viuere possit, obtineat, ac pacificè, & quietè possideat. Idcirco quilibet, ad eundem ordinem assumendus, per octo dies ante examen, coram nostro Vicario de beneficio, aut patrimonio huiusmodi, & ipsorum quieta, & pacifica possessione, & libera fructuum perceptione, per idonea, & authentica doceant Instrumenta, vel testimonia; aliàs nihil aget.

12 Quia verò nonnulli quibusdam fictis, & commentitijs patrimonijs in proprium dispendium peierare; & Ecclesiam illudere non verentur, ea tantum patrimonia admitti volumus, quæ propria eorum, qui sui Iuris sunt, esse constiterit, quæuè à parentibus, fratribus, theiois,[*] alijsquè etiam remotioribus consanguineis, qui filios non habent, nec habere sperant, quibusque Clericus ipse ab intestato succedere posset,[t] pura, & libera, ac de Iure valida donatione, quæ dicitur inter viuos, constituta fuerint; eã verò quæ fiunt Clericis ab extraneis personis, licet progenie orbatis,[u] atque etiam à consanguineis, propriç proli deuinctis,[x] nec non à parentibus, alijs filijs, quorũ portio tangitur, prægrauatis,[y] tanquam conficta, & suspecta arbitramur. Casu autem occurrente, quod aliquod patrimonium, donatione huiusmodi constitutum, offeratur, exactissima fiat de ipsius qualitate inquisitio, & tam à donante, quàm à Clerico donatario sacramentũ[z] de veritate contractus, ac futura vera in donatarium possessione, & fructuum libera perceptione, deque re donata, non retro-

r supra c. 13. §. 3. & 5.
s cap. Diaconi sunt. vers. nunc autem, ubi glos. 93. dist. c. postulasti. de rescrip. Concil. Trid. sess. 21. de reform. cap. 2.

* vt in auth. de hæred. abintest. venient. §. si igitur vbi glos. in verb. theiois.
t arg. l. si seruus communis. ff de donat. int. vir. & vxor.
u arg. d. l. si seruus, & quæ trad. Doct. in l. quæ dotis. ff sol. matr.
x arg. l. si vnquam C. de reuoc. donat.
y arg. l. 2. C. de inoff. donat. cum simil.
z arg. c. nos inter. de purg. vulg. & c. constit. 2. vbi Abb. in 1. not. de appell.

retrocedenda, ac fructibus, donatori non restituendis, aut retrodonandis exigatur, quod si quispiam violare præsumpserit, tanquam periurus seuere canonica animaduersione punietur, & Clericus Dignitate, qua se fecit indignum, deponetur. [a] Illud etiam patrimonium, quod quis per cautionem, aut promissionem cōstituerit, vt Clericus ipsius constituentis bonis sustentari valeat, nequaquam admittimus.

13 Patrimonium quoquè, vt supra in titulum assignatum ei, qui ordinatur, alienari, vel obligari, aut extingui, seu remitti nullo modo possit, donec ordinatus Ecclesiasticum beneficium, ad suæ vitæ sustentationem sufficiens nō fuerit adeptus, nec aliter, quàm nostro accedente consensu fiat, alias alienatio, obligatio, extinctio, vel remissio sit ipso facto nulla & irrita, [b] præter pœnas, contra alienationes seuere infligendas.

14 Regulares, sacros ordines postulantes, præter descriptionem suorum nominum, cum legitima suorum superiorum facultate faciendam fidem de ætate, approbatam ab ordinario loci vbi baptizati fuerunt, [c] aliamque ordinarij vbi commorantur, quod nulla ibi ordinatio agatur, [d] afferant.

15 Ad Presbyteratum ordinatus primam missam celebrare non audeat prius, quàm nobis, vel Vicario nostro per rituum nostræ Cathedralis Magistrum testimonium, in scriptis reddendum constare fecerit, se ritus, ac Cæremonias sacri faciendi, iuxta ea, quæ in rubricis Missalis Romani, nuper reformati, & supra capite, [e] de celebratione missarum statuimus continentur, optimè callere.

16 Quicunque ante legitimam ætatem, non obtenta prius Apostolica dispensatione ordines susceperit, ipso facto suspensum, ac, si in eo ordine celebrare, vel aliquam eius-

a c. si quis laicus 22. q. 5. arg. c. neminem. 70. dist. iunct. c. pen. de simon.

b Conc. Trid. d. sess. 21. c. 2.

c ex Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 10.

d ex eod. Conc. sess. 7. de reform. c. 11. & de mandato Clementis viij. declarauit S. Cong. Conc. die 15. Martij 1596.

e cap. 29. §. 9.

eiusdem ordinis functionem exercere præsumpserit, irregularem, & quibuscunque Ecclesiasticis beneficijs, quæ tunc obtinebat, priuatum, aliorumque incapacem effectũ esse, declaramus, qua pœna ij quoque, qui extra tempore, à Iure statuta, vel sine litteris dimissorijs nostris ad sacros ordines obrepserint, iure tenentur. [f]

17 Litteræ autem dimissoriales, nemini concedendas esse, nisi prius à nobis examinatus, & approbatus fuerit, nec quemquam ab examine nostro eximendum, nisi à Diœcesi nostra tam longè absit, vt nisi cum summo incommodo ad id accedere valeat, denunciamus. Qui verò ab alieno Antistite de nostro consensu fuerit promotus, intra mensem, à die suscepti ordinis computandum, Testimoniales litteras de eodem suscepto ordine Tabellioni Curiæ nostræ, qui in litterarum dimissorialium regestrum referat, à quo, & quo tempore is ordinem susceperit, tradat, aliàs seueras dabit pœnas.

f ad.not.in cap. 1. de temp.ordin.in 6.cum simil. & est Const. Pij 2. Incip cum ex Sacrorum 14. Kal. Decemb. ann. 4. Xysti v. Sanctum & salutare, &c. Non. Ianuar. 1588. ann. 4. & Clement. viij. prid. kal. Martij. 1595. Incip. Romanum Pontificem.

De Sacramento Matrimonij Cap. XXXIV.

IN noua lege omnium quidem significatione, ac mysterio maximum [a] Christus matrimonij Sacramentum instituit, ac si dignè, & sanctè, prout decet, [b] tractaretur, maximi quidem spirituales fructus ex eo perciperentur, [c] sed quia humanæ naturæ, concupiscentijs subiectæ, conditione, qua, vt plurimum, quis ad contrahendum impellitur, carnisque illecebris, ac vexationibus, quibus potissimum vrgetur ipsius Sacramenti vsus, ac Diaboli malitia, qua coniugalis charitas, & indiuidua vita, quæ in eo seruanda est, semper oppugnatur, legitima viri, atque vxoris coniunctio damnatur, & Sacramentum ipsum quã sæpissimè vituperatur, & aliquando inane fidelium animę reme-

a Apost. ad Ephes. c. 5. in fin.
b Conc. Trid. sess. 24. de reform. matr. cap. 10.
c Cathechis. par. 2. c. 8. sess. 1. in princ.

remedium, contra sui naturam efficitur, vt hoc malum à grege nostro arceamus, infrascripta constituimus.

1 Curam animarum habentes non omittant sepè de huius Sacramenti excellentia, deq; ue obligationibus, quibus Coniuges inuicem deuinciuntur, populum instruere; [d] moneantque fideles iuxta Apostolicum Consilium, [e] matrimonialem vitam ab ijs, qui celibem vtpotè perfectiorem, [f] ducere posse, confidunt, non esse affectandam: cauere tamen debere, quicunque non coniungitur, nè carnis stimulo impulsus, in laqueum incidat Diaboli; Ideo populum erudiant, eos, qui continere voluerint, non tantum humana caussa, vt scilicet dignitatem, & bona familię, & agnationis dignitatem conseruent, & amplient, sed vt Deo liberius inseruiant, [g] id prętare debere, quare ipsos pręcipuè teneri, continentię donum à Deo implorare, [h] vberioris gratię subsidio, meliora æmulantes charismata; [i] fulciri, crucem suam, Dominum secuturos, libenter amplecti, [k] carnem cum vitijs, & concupisceniijs crucifigere, [l] frumento electorum, & vino, Virgines germinante, [m] se coalere, alioquin, si hæc non obseruauerint, ineuitabiles sibi parare insidias, quas etiam Paulus, [n] qui ea, aliaque exquisita munimina adhibuit, vehementer timuit, protestentur: [o] eos etiam; qui coniuncti sunt, doceant, solutionem omninò vitare [p] debere; cōtra mundi mala, iusto Dei Iudicio cum bonis matrimonij compensata, [q] patientiæ clypeo se tueri, prolem, tanquā gratos, Domino referre, [r] filios in Dei timore alere, [s] ac deniquè, licet hoc mundo vtentes, ipsius breuitatis, ac futuri seculi æternitatis consideratione, tanquam non vterentur, sese gerere: [t] filijs denique, licet matrimoniū vnicuique liberum sit, [u] reuerentiam tamen in parentes commendent, nè, ipsis inconsultis, aut repugnantibus, contrahant. [x]

d Catechis. vbi supr.
e ad Corinth. 7.
f Conc. Trid sess. 24. de Sacrament. Matr. Can. 10.
g ead. ad Corinth. 7.
h sapient. 8. in fin.
i 1. ad Corinth. 12. in fin.
k Matth 8.
l ad Galat. 5. in fin.
m Zachar. 9. in fin.
n 2. ad Corinth. 12.
C. & ad Roman. 7. in fin.
o c. si Paulus 33. q. 5.
p ead. 1. ad Corinth. 7. cap.
q S. Thom. suppl. 3. par. q. 49. art. 1. in corp.
r idem d. q. 49. art. 5. ad 1.
s Apost. ad Ephes. 6. in princ.
t ead. ad Corinth.
u
x S. fin. in fin. 36. q. 2. Conc. Trid. sess. 24. de refor matr. c. 1. in princ. & Catechis. par. 2. cap. 8. prope fin.

3 Trinas denunciationes, iuxta sacræ Tridentinæ Synodi [y] præscriptũ, Parochi tribus diebus festis, siue Constitutione Ecclesiæ, siue locorum consuetudine obseruandis, inter missarum solemnia, vbi frequentior erit populus, omnino faciant, ac, si coniuges diuersis sint subiecti Parochijs, vniuscuiusq; Rector id sigillatim in sua Ecclesia, vt præmissum est exequatur; [z] nec earum vllam Parochi sine nostra, vel Vicarij nostri venia omittere possint. [a] Denunciationibus autem huiusmodi nomina, & cognomina contrahentium, in quo loco, & sub qua Parochia habitant quotaque sit ea denunciatio, distinctè explicent, moneatque plebem, vt si quis quoquomodo cognouerit, aliquod inter eos, qui contracturi sunt, legitimum extare, impedimentum, quo matrimonium celebrari prohibeatur, antequam tempus, denunciationibus præstitum, labatur, omninò patefaciant: [b] sin autem denunciationibus expletis, sponsi intra bimestre interuallum per verba de præsenti non contraxerint, vlterius contrahere, nisi alijs tribus iteratis denunciationibus, aut ipsis de nostra licentia, in scriptis exarata, remissis, non audeant; nos enim, si id tempus totum, vel magna ex parte diebus, quibus nuptiæ interdictæ sunt, absorberetur, vel de alia graui impedimenti caussa, qua sponsi eo tempore detenti fuerint, nobis constiterit, facilè, nè denunciationes repetantur indulgebimus. Quicunque autem contra formam huius decreti contraxerint, sponsi excommunicationi, Parochi verò (si ipsorum culpa, & incuria id perpetratum fuerit) suspensioni ipso facto subiaceant, & alijs pœnis, arbitrio nostro infligendis, sint obnoxij. [c]

y *sess. 24. de reform. matr. c. 1.*

z *Innoc. & Doct. in c. fin. de cland. despons. & declarauit S. Cong. Conc. super d. cap. 1.*

a *ex d. c. 1. ibi nisi ordinarius ipse, &c.*

b *d. c. fin. de cland. despons. & Concil. Trid. d. c. 1. in princ.*

c *d. c. fin. in fin.*

4 Denunciationes autem Parochi prius non faciant, quàm vterque sponsus, vel ipsorum proximiores consanguinei fieri petierint, ipsiq; ea qua poterunt, prudentia spon-

ſponſorum animum, an ſcilicet contractui liber ſit, exploraverint, [d] & ab eiſdem, an orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, Symbolum Fidei, Decalogi, & Sanctæ Matris Eccleſiæ præcepta ediderint, ac memoriæ retineant, Sanctiſſimæq; Trinitatis Myſterium, atq; Incarnationis Dominicæ arcanum, quatenus fideli ſcire ad ſalutem neceſſarium eſt, [e] intelligant, (inconueniens enim eſt, vt ipſi quoad hæc filiorum magiſtri conſtituantur; dum adhuc diſcipuli non fuerunt, [f]) diligenter exquiſierunt. Pari etiam ratione, ſi ſponſi diuerſas colunt Parochias, alter Rector ſine alterius Rectoris teſtimonio, quo ſignificet, poſſe denunciationes iuxta præſcriptam regulam fieri, id (ſi ſuſpenſionis pęnam euadere vult) nequaquam attentet.

5 Matrimonium eodem die, quo poſtrema denunciatio facta eſt, celebrari, niſi ex maxima neceſſitate, noſtra licentia comprobata, prohibemus. [g]

6 Cum Sponſi in diuerſis habent Parochijs domicilium Parochus, domicilij ſponſæ matrimonij ſit miniſter: [h] id tamen prius non efficiat, quàm ſibi alterius Parochiæ Rector litteris teſtatus ſit, ſi trinas denunciationes iuxta præſcriptam Regulam feciſſe, nullamq; contrahendi matrimonij impedimentum reperijſſe: ſin autem Sponſus ex aliena etiam Diœceſi ſit, litteræ Rectoris ſint ſui quoquè Ordinarij fide legalitatis roboratæ, & à nobis recognitæ, & approbatæ, ſiquis verò Sacerdos ſine litteris alterius Parochi, vt dictum eſt, matrimonio celebrando præſentiam, & auctoritatem præſtare, vel nuptias benedicere auſus fuerit, tandiu à diuinis ipſo Iure ſuſpenſus ſit, quādiu nobis temeritas purgata videbitur, præter etiam alias pœnas, quibus arbitratu noſtro afficietur. [i]

7 Cum aliquando ex legitima cauſa denunciationes,

d *facit. c. aliter. 30. q. 5.*

e *S. Thom. 2. 2 q. 2. art. 7. & 8. in corp.*

f *c. Mrgiſtrum 61. diſt. & 41. diſt. in princ.*

g *facit d. c. fin. ibi competenti termino præfinito, &c. de cland. deſponſ.*

h *Cong. Conc. ſuper. d. c. 1. & facit. d. c. aliter 30. q. 5.*

i *ad d. c. fin in fini.*

ante celebratum matrimonium faciendas remiserimus; coniuges tamen à carnali copula, donec post matrimoniũ expleantur, aut nos omnino remittendas, censuerimus, abstineant. [k]

8 Quotiescunque ex denunciationibus aliquod impedimentum detegitur, id siue manifestum, siue dubium, siue verum, siue falsum, siue calumniosum ad nos, de eo cognituros, Parochi deferant, nec vlterius ad matrimonij celebrationem, aut reliquas denunciationes (si eæ, superfuerint faciendæ) procedant, donec à nobis veritate perspecta, licentiam prosequendi obtinuerint, [l] alioquin decem ducatis mulctentur.

9 Vt sacramentum hoc ea, qua decet, sanctitate, & reuetentia tractetur, [m] statuimus, vt nequaquam in priuatis domibus (cuiuscunque status, gradus, & conditionis sponsi existant) sed in Parochiali tantùm Ecclesia [n]. ante maiorem aram à ieiunis, [o] & inter Missarum solemnia celebretur, ac sponsi, si eæ nuptiæ primæ sint, Sacerdotali benedictione, & missa, benedicendis nuprijs in Romano Missali prescripta, sanctificentur; [p] si verò nuptiæ secundæ sint, & in primis benedictio collata fuerit, iuxta Vrbani rescriptum, [q] & laudabilem huius Diœcesis consuetudinem, non benedicantur iterum. Qui autem matrimonium alio tempore, loco, & ritu quàm statutum sit, nobis inconsultis, celebrauerit, graues arbitrio nostro sumet pœnas. [r] Qui verò benedictioem in casu, quo tradi debeat, omiserit, aut sine causa distulerit, vel in casu, quo impertiri non debeat, contulerit, Parochi suspensionem, sponsi verò Ecclesiasticum interdictum incurrant. [s]

10 Qui contrahere volunt, caueant nè carnis concupiscentia impulsi, in matrimonio carnalem sibi vsum prius, quàm Sacramentum, & charitatem, quæ in Sacramento exi-

k *Conc Trid. d.c.1. de refor. matr. vers. quod si aliquando.*

l *d.c.fin.in fin.princ.*

m *Conc. Trid. sess. 24. de reform. matr. cap. 10.*

n *annuit Cong.Concil. super d.cap. 1 in vna Hierxcen. & & alias sapius, &c.*

o *cap. vt ieiuni, vbi Turrecr de cons dist. 5. facie c. honestam 21. q. 5.*

p *d cap. aliter cum quatuor seqq. 30. q. 5. Conc. Trid. d. c. 1. vers. praterea.*

q *c Vir. de secund. nupt.*

r *sentit Conc. Trid. vbi supra, & annuit pluries Cong.*

s *cap. 1. de secund. nupt.*

exigitur, proponant, [t] ac moniti Raphaelis Archangeli consilio, & Sancti Tobiæ experimento, [u] discant, se precibus, & orationibus munitos, & charitate roboratos, ad coniugalem thorum accessuros esse. Quod vt fideles commodius exequatur, Sanctæ Tridentinæ Synodi, [x] decretis inhęrentes, statuimus, vt sponsi triduo antequam cohabitent, sua peccata confessi, diuino vnitatis, & charitatis sacramento, [y] quo expleatur, quicquid vnitatis, & charitatis matrimoniũ desiderat, roborentur. Eos verò, siqui fuerint, sponsi, & sponsæ, qui sub futuri matrimonij clypeo in tanti Sacramenti contemptum, & vilipendium, antequam ipsum ritè celebretur, quomodolibet simul inhonestè tractauerint, quiuè ex eis ad alterius domum accesserint; nè fortè diuinæ indignationis rigorem, quem septem saræ priores sponsi experti sunt, [z] sentiant, statuimus, potius Sathanæ tradere in interitum carnis, quò spiritus saluus fiat, [a] prout pręsenti decreto tradimus; decernentes, eadẽ censura quoscunque excessus huiusmodi auctores, fautores, aut conscios ipso facto illaqueari. [b]

11 Ob reuerentiam tanti Sacramenti ab immoderatis, inhonestisq; mundi pompis, & sumptibus, quæ in nuptiarum solennitatibus, vt plurimum, damnabiliter fieri solent, abstineant; nec [c] solennes nuptias, temporibus, à Sacro Tridentino Concilio, [d] statutis, Videlicet à principio Aduentus vsq; in diem Epiphanię, & à feria quarta Cinerum, vsq; in diem Dominicum in Albis interdictas, celebrare vllo pacto audeant. Quo circa Parochi quotannis proximo die Dominico post Epiphaniam populo inter sacrum missę faciendum, id tempus, quo solemnia nuptiarum interdicuntur, annuncient, rudemq́, plebem, nè vllus error in tanta re committatur, de matrimonij contrahendi impedimentis, deq́; consanguinitatis, & affinitatis

t Catechis. par. 2. c. vlt. vers. 13. sed quibus de caussis, &c. & seq.
u Ioa. 6. 7. & 8.
x d. c. 1. sess. 24. de refor. matr. vers. postremo.
y c. hoc Sacramentum de cons. dist. 2.
z Tob. 6.
a 1. ad Corinth. 5. c. audi 11. q. 3.
b supra c. 31. §. 3.
c ead. sess. 24. de refor. matr. c. 10.
d d. cap. 10.

tatis gradibus diligenter instruant. [e]

12 Celebrato matrimonio, Parochi in Codice, ei vsui destinato, [f] nomina, cognomina, patriam contrahentiū, ac testium, nec non diem, mensem, & annum, locumque celebrati contractus, iuxta formulam in Rituali Romano præscriptam, describant: librum autem huiusmodi, successoribus reliquendum, diligenter custodiant, [g] alias quinque ducatorum, quotiescunque in aliquo defecerint, mulctam, & alias etiam pœnas, pro modo culpæ, & desidię decernendas, subeant.

13 Vagantium, sedesq; incertas habentium virorum, aut mulierum matrimonio non intersint Parochi, nisi prius perquisita summo studio contrahentium conditione, & re ad nos, vel Vicarium nostrum delata, facultatem coniungendi in scriptis obtinuerint. [h]

14 Magnoperè verendum est, nè raptus, aut coactæ voluntatis pr ętextu matrimonium aliquando dirimatur, & maius scandalum ex eius solutione exoriatur, quam ex obligatione ortum sit: ideo decernimus, vt si aliqua puella, vel vidua è propria, vel paterna domo, aut custodia, sub qua retinetur ab aliquo abducta fuerit, Parochus eam, & si postea in loco tuto, & libero constituta sit, & ex denunciationibus, nullum extare impedimentum, appareat, nemini tamen in matrimonium sine nostro iussu, coniungat: Volumus enim in huiosmodi casu, prius nobis apud acta, vel quod nulla vis, vel raptus intercesserit, vel quod matrimonium non fiat inter raptorem, & raptam, vel quod vitium raptus purgatum sit, nè vnquam de validitate matrimonij dubitari contingat, constare. [i] Parochus ergo, qui contra hoc decretum ausu temerario venire præsumserit, quinquaginta ducatis mulctetur, & alijs etiam pænis, iuxta facti qualitatem plectatur.

15 Si

e Catechis. eod. c. vlt. vers. 30. sed quæ matrimonium, &c.

f Conc. Trid. eod. c. 1. vers. habeat Parochus, &c.

g Idem Concil. vbi supra.

h Conc. Trid. ead. sess. 24. de refor. matr. c. 7.

i ad Concil. Trid. ead. sess. 24. de ref. matr. c. 6.

15 Si nouerint Parochi, prout eos omnino vigilare, mandamus, in suis Parochijs, quemquam ex Coniugibus maritale iugum recusare, & à mutua debiti præstatione cessare, statim summa charitate, & diligentia eum, qui defecerit, moneat, vt ad societatem cum altero coniuge se recipiat, & vterque eorum indiuiduam vitæ consuetudinem inuicem conseruet; quod si efficere nequierint, id ad nos, paterno officio contumacem ad fœdera matrimonij obseruanda inducturos, & Iuris remedio, si opus fuerit, coacturos, quamprimum deferant.

56 Omnibus siue Clericis, siue Laicis, cuiuscunque status, gradus, & conditionis existant, per Diœcesim nostram constitutis, sub pœna excomunicationis, ipso facto incurrenda, inhibemus, ne contra Ecclesiasticas sanctiones de matrimonialibus caussis cognoscere, arbitrari, siue de Iure, siue de facto decernere, aut diffinire, [K] lites, & quæstiones, etiam tanquam amicus componere, aut concordare, neque partes de ijs transigere, [l] absque nostra, vel Vicarij nostri licentia, & speciali mandato, in scriptis dando, præsumant.

K c. accedentibus de excess. prælat. c. multorum 35. q. 6. cum simil.

l arg. c. constitutus. & c. super eo cum simil. de transact.

De Funeribus, & Sepulturis. Cap. XXXV.

SCandalis, & animarum periculis, quæ aliquando emergunt, occurrere volentes. Rectoribus Ecclesiarũ decem ducatorum mulcta, nè defunctorum cadauera humari sinant, nisi saltem duodecim horis sine spiritu permanserint, interdicimus.

2 In Cęmiterijs tantùm, nõ autem intra Templa ijdem Rectores sepulturam, nisi ea sit intus vacua quasi cenotaphium, & à quocunque Alari tribus cubitis ad minus distans,

a cap. præcipiendum, &c. nullus 13. q. 2. & facit Innoc. in c. abolenda nu. 2. de sepult.

distans, concedant, nec sepulchra sub Altaribus construi, sinant: [a] qui verò secus fieri permiserint, decem ducatis mulctentur.

3 Defunctorum fidelium cadauera (tametsi puerorum, quæ gestari manibus possunt) nequaquam, nisi cruce præcedente, & cum Parochi, vel alterius Sacerdotis de ipsius Parochi mandato præsentia, nec ante solis ortum, aut post ipsius occasum, sine nostra, vel Vicarij nostri speciali venia humanda efferantur. [b]

b c. qui diuina 13. q. 2.

c Apost. ad Ephes. 4. A. & C. 1. in fin. 89. dist.

4 Vnicuique secundum mensuram donationis Christi in ipsius corpore, ac per omnem iuncturam subministrationis in eodem corpore, operari conuenit, [c] ideo Clerici, quorum proprium est, pro defunctis, vt à peccatis soluantur, exorare, cadauera non deferant, nisi sint Clerici præcipuè ex ipsorum Collegio, sed id munus, à Laicis præstandum, relinquant: ipsi verò dum ad funus procedunt, præcedente cruce, bini semper incedant, nec à Templo, siue Cæmeterio, vbi cadauer sepeliendum est, nisi eo humato, recedant; atque cum recesserint, Crucem quam ab initio secuti sunt, ad Ecclesiam, vnde discesserunt, comitentur, cui decreto siquis non paruerit, eleemosynam acceptam suam non faciat, sed ea pauperibus erogetur.

5 Confraternitates Laicorum, ad funera siue ad publicas supplicationes accersitæ, sacco, suis Constitutionibus congruenti, vtanrur; caueant autem, vt saccus huiusmodi pænitentiæ sit, non autem vanitatis; ideo confratres semper oculis ad terram demissis, &, vt plurimum, vultu cooperti incedant, quique supra saccum palliolum, quod vulgò mozettam vocant, gestant, in eo paruam cucullam, nè Ecclesiæ Antistites æmulari videantur, nullo pacto habeant, aliàs seueras impudentiæ, & inanis gloriæ pænas arbi-

arbitrio nostro sument.

6 Nequando inter plures sodalitates, quæ ad funus aliquod conueniunt, vllum dissidium, & scandalum exoriatur, statuimus, vt vna tantum Confraternitas, quæ vel à defuncto, vel ab ijs, qui funus curat, ad efferendum cadauer electa fuerit, id efferat, Ita tamen, vt cæteris quò ad eleemosynas nullum damnum inferatur.

7 Parochi pauperes defunctos gratis sepeliant, & dum pro anima ipsorum nihil offertur, ipsi nullo pacto, quò auaritiæ notam incurrant, quicquam extorqueant.[d]

8 Parochi, vita functi sacris vestibus ipsius Ecclesiæ Parochialis induti, nisi hæredes ipsorum, se alias vestes meliores, & decentiores, vel certè haud viliores suffecturos esse, cauerint, nequaquam sepeliantur.[e]

d c. quæsta. cum trib. seqq. ead. 13 q. 2.

e arg. c. manifesta, & seq. 10. q. 1.

De Foro Iudiciali. Cap. XXXVI.

IN nostro Ecclesiastico foro summoperè non tantùm cupiditatem, sed & cupiditatis suspicionem abesse, ac laudabilem in pauperes pietatem,[a] & in ferendis Iuditijs lenitatem,[b] elucere, optamus.

2 Ideoque sicut nos, dum aliquando excessus in membris Christi purgantes, ferro vel igne per censuras Ecclesiasticas vtimur, aut aliquod corrosiuum collyrium per corporales pęnas adhibemus, aut cupiditatis luem, vel pus pecuniarijs mulctis detergimus, vehementi dolore, non secus ac manus, dum cæteris membris medendo excruciant, afficimur, ac dum mulctas exigimus, totas pauperibus, & pijs locis, vnde peccata delinquentium redimantur, libere donamus, ita ab omnibus nostræ Curiæ ministris id omnino obseruari volumus, & mandamus. Quocirca ab ipsis taxationem, mercedum quam distincte

a c. qui recte. 0. non licet. 11. q. 3. & c. nulli Episcoporum cum duob. seqq. 16. q. 1.

b illa præpositorum cum seqq. 11. q. 3.

c c. militare. c 23. q. 1. & c. sancimus 1. q. 7. ex l. fin C. ad l. Iul. repetand. & in auth. vt Iud. sine quoque suffrag. in princ. & per tot.

iuxta negotiorum, ac personarum qualitatem tradidimus, ad vnguem seruari, mandamus; nihilque aliud, quam quod in ea statuitur, exigi, nec accipi, etiam à sponte dantibus, posse sub pæna excommunicationis, ipso facto incurrenda, & alia arbitraria, decernimus. [c]

d c. 2. de re iud. cum simil. Concil. Trid. sess. 25. de ref. c. 10. in fin.

3 Vicarius noster generalis, cui quòad Iudicia penitus vices nostras cõmittimus, ijs diebus quibus Ius dici oportet, publicè hora competenti, de Iure respõsurus, sedeat, causasq; quam citissimè (re tñ bene discussa) terminet. [d]

e Clem. dispendiosam de Iud.

f l. 1. & 2. C. de fer. cum simil.

g l. custodias vbi glos. ff. de publ. Iud. l. diuus vbi Doct. ff. de fer.

4 In caussis quidem beneficialibus, matrimonialibus, (præcipuè cum de fœdere matrimonij agitur) criminalibus, miserabilium personarum, Ecclesiarum, piorum legatorum, ac locorum ad pias caussas, cæterisq; ad eum forum legitimè spectantibus, summariè sine strepitu, ac iudiciaria tela iuxta Clementis quinti Constitutionem, [e] quam omninò seruari, volumus, procedat, in ijs verò, in quibus periculum imminet animarum, aut alia de causa sit celeriter prouidendum, [f] nec non in criminalibus, reo carceribus mancipato, [g] non tantùm summariè, vt dictũ est, sed & diebus etiam, in honorem Dei feriatis, de Iure decernat.

h arg. c. plerumque 11. q. 3. & c. erga 26. q. 7.

5 Vt autem eò tutius præcaueri posit, nè in nostro foro turpes quæstus, & calumniæ intercedant, decernimus, vt concubinarij publici, & quocunquè alio crimine notati, quiquè Sacrosanctam Eucharistiam statuto tempore non sumpserint in eo Tabellionis, procuratoris, vel Aduocati officium exercere minimè valeant. [h]

6 Curiæ nostrę nuncij, siue Cursores, & apparitores, siue executores cum ab alicuius nostri, vel Vicarij nostri iussu facta executione redierint, statim cuncta, quæ ab ipsis acta fuerint, distinctè referant: Maiorem autem mercedem, quàm taxauerimus, etiam à sponte dantibus,

prout

prout supra constituimus, [i] non accipiant; partes contra quas executio facienda sit, non moneant, nec eam differant, aut quicquam ob hanc caussam accipiant; pignora, si quæ sibi oblata, vel à se ablata fuerint, coram scriba nostro, ab ipso annotanda, afferant; Caueant etiam nè criminosos, quos in fragranti delicto deprehenderint, tolerent, vel dissimulent, eosque, quos apprehendi, & in vincula conijci, aut in iudicio sisti, sibi mandatum est, prece, aut (quod detestabilius est) pretio non dimittant, alias priuationi muneris, & alijs grauibus, arbitrio nostro sine Indulgentia dandis, pęnis omninò subiaceant. [K]

7 Ne crimina reorum diffugijs impunita remaneant, ipsique rei, ex sua contumacia, qua grauioris culpę reos se faciant, commodum reportent, generali Curiarum stylo inhærentes, [l] statuimus, vt cum de crimine quocunque cognoscendum est, testes pro informatione, vt dicunt, Curiæ recipiantur, & si ex eis tanta probatio habeatur, vt iuxta Canonicas sanctiones [m] specialis inquisitio contra aliquem formari possit, isque extra vincula, vel leuitate delicti, vel ex sua contumacia reperiatur, ea Inquisitio formetur, & ad ipsum per Nuncium Curiæ transmittatur, & eodem contextu ipsemet (si reperiri poterit, sin minus ad suum domicilium, copia citationis, & Inquisitionis prędictæ in manibus aliquorum ex domesticis relicta [n]) citetur, quatenus intra triduum in Iudicio, eidem Inquisitioni responsurus, se sistat, qui si contumax fuerit, iterum modo præmisso citetur, vt intra biduum eidem Inquisitioni respondeat, ac, si in contumacia perdurauerit, fiat publicum edictum, palam ad valuas Cathedralis nostrę Ecclesię per eundem nunciũ pronunciandum, & affigendum, quo delictum, quod ab eo, qui contumax est, dicitur perpetratum, & pæna, qua

i *§. 2. hoc cap.*

K *l. quilibet. C. de decur. lib. 10. l. 1. C. de num actuar. lib. 12. l fin C de appar. Præf. Vrb. & l. per Illyricum. C. de Cohortal. eod. lib. 2.*

l *de quibus Cler. in prax. §. fin q. 44. & alij practici.*

m *cap. qualiter, & quando 2. de accusat.*

n *l. 4 §. prætor vbi Bar. & Doct. ff. de damn. infect.*

is plectendus sit, significetur, ac peremptorius terminus quinque dierum ad comparendum, & se defendendum præfigatur, & nihilominus id apud domicilium etiam intimetur: Quo termino elapso, citetur adhuc modo præmisso ad audiendũ sententiã, qua (si is non paruerit) confessus, & cõuictus, pnũcietur, & canonicis pęnis afficiatur.

8 Litium dubijs, & litigantium calumnijs occurrere volentes, decernimus, vt cum partes ad audiendum sententiam citandæ sunt, terminus, ad primam diem iuridicam tantum constituendus, [o] ea die seruetur, atque, etiam si Iudex differre voluerit (quod decem diebus facere poterit (quandocunque intra id tempus sententiam tulerit, atque actuario publicandam tradiderit, sub illa die, qua terminus seruatus est, ac si ea die coram testibus sententia ipsa lecta, & lata fuerit, referatur, [p] & partes intra idem tempus appellare, si negotium appellationem permittat, teneantur, alias sententia in iudicatum transibit; Quod tempus si elapsum fuerit, nec intra id sententia publicata fuerit, alia citatione præmissa terminus iterum modo præmisso seruetur.

9 Ne lites immortalitati commendentur, & partes, quæ iuxta Tridentinæ Synodi statutũ, [q] & nequeunt in prima instantia ordinarij iudiciun effugere, legi ipsi fraudem alio conficto prætextu facere, [r] & se inuicem indebitè vexare conentur, [f] decernimus, vt quotiescunque aliquis ex litigantibus nos, vel Vicarium nostrum suspectum allegauerit, decem ducatos, penes quem nos, vel idem Vicarius noster iusserit ei, si allegatam suspicionis caussam probauerit, restituendos, sin minus ipsis, mulctandus, & parti vexatæ, aut alias arbitrio nostro applicandos, deponat, [t] alias quacunque suspicione allegata, non obstante, ad vlteriora procedatur.

De

o Bald. cons. 268. nu. 1. lib 1. quem semper secuta fuit Roca Romana.

p Vestr. in prax. lib. 7. c. 1. nu. 12. & seq.

q sess. 24. de refor. cap. 20.

r l. contra legem, & seq. ff de legib.

f c. finem litibus de dol. & contum.

t arg. d. c. finem litibus, & sentit Conc. Trid. sess. 25. de ref. c. 10. in fin.

De Examinatoribus Synodalibus. Cap. XXXVII.

CVm iuxta normam, à Sacro Tridentino Concilio, [a] præscriptam: neminem Parochiali Ecclesiæ præfici liceat, qui, præuiô examine, coram nobis, vel Vicario nostro generali, & examinatoribus Synodalibus scientiam suam, moresq; non probauerit, idcirco eiusdem Concilij decreto, & prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, examinatores præsenti Synodali Constitutione declaramus videlicet.

[a] *sess. 24. de refor. cap. 18.*

Admodum ℞. Hieronymum Draconettum Decanum,
Adm. ℞. Fabium Merendam Cantorem,
Adm. ℞. Ioan: Bernardinum Dauid Archidiaconum,
Adm. ℞. Octauium Fasolum Subcantorem,
Adm. ℞. Octauianum Pacificum Canonicum Pœnitent.
Reu. D. Gregorium Gualterium Parochum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Platea,
Reu. D. Franciscum Merendam,
Reu. D. Leonardum Mele.

2 Vbi concursus de Parochiali Ecclesia fieri debet, examinatores non tantum de scientia, & ætate, sed & de vita & moribus examinandorum ab ineunte ipsorum ætate vsque ad eam diem, in qua examen subire volunt, diligenter inquirere, atque nos, nè quenquam indignum, ignorantes. cogamur assumere, fideliter instruere teneantur. [b] Caueant autem, nè quicquam prorsus occasione huius examinis accipere, nec aliquo expetito fauore, aut humana caussa, & affectione quemquam ex examinandis, alias minus idoneum, approbare audeant, quò simoniæ crimen, & periurij reatum incurrant, [c] alioquin non tantum

[b] *Conc. Trid. c. 18. vers. peracto. arg. c. quando 24. dist.*

[c] *Conc. Trid. d. c. 18. vers. caueant, & d. c. quando 24. dist.*

tantum Deo, cuius iudicium fallere nequibunt, rationẽ reddituros, sed & nobis, quoties excesserint, Canonicas, sine indulgentia pœnas daturos esse, protestamur.

3 Antequam ineatur examẽ, qui cuncurrere voluerint, Tabellioni nostræ Curiæ se præsentent, quem de nomine, cognomine, patre, patria, ætate (de qua per fidem ex libro baptismatis constare debeat) ordine quo sunt insigniti, ac si aliàs per examen, ac vitæ probitatis testimonium ad regimen alterius Ecclesiæ probati fuerint, certiorẽ legitimis etiam, si opus fuerit, documentis faciant, [d] ipseque ea omnia in codicem, ei vsui destinatum, sine cunctatione referat.

d *sentit Conc. d. c. 18. vers. liberum.* ✝ *c. fin. 18. dist.*

4 Idem scriba alium etiam librum, in quo quorumuis beneficiorum collationes, aut institutiones, siue à nobis, siue ab Apostolica sede factas describat, in Archiuio nostro perpetuo asseruandum, habeat.

De Constitutionibus. Cap. XXXVIII.

MVlta quidem in præsenti Synodo ad diuini cultus obseruantiam, & augmentum, nostrorum subditorum institutionem Ecclesiarum regimen, & morum reformationem inserenda esse, nouimus, sed quia ex intentione nostra, quam satis exploratã, tradidimus, vnicuiq; quid facere, quid vitare debeat, satis perspicuum esse, duximus, his tantùm breuiter absolutis, finem imponimus; declarantes tamen, quęcunquè decreta, aut edicta, hactenus à nobis edita, & in futurum edenda, nec non Constitutiones à nostris prędecessoribus latas (dummodo pręsenti nostrę synodo contraria non sint) in suo robore permanere, ac sub pœnis in ipsis expressis, & alijs, arbitrio nostro infligendis, omnino seruari, debere.

2 Paro-

2 Parochis omnibus, nec non Clericis quibuscunque in sacris ordinibus constitutis, aut beneficium Ecclesiasticũ obtinentibus, mandamus, quatenus intra mensem post huius Synodalium constitutionum voluminis impressionem, id sibi coëniant, ac frequenter legant atq; ea, quæ ab ipsis præstanda sunt, diligenter memoriæ commendẽt, † contumaces verò, aut negligentes duobus ducatis mulctentur, & ad huius decreti obseruationem alijs Iuris, & facti remedijs compellantur.

3 Interpretationem eorum, quæ in pręsenti Synodo constituta sunt, nobis tantummodo, ac nostro generali Vicario reseruamus, quare à nemine interpretari, glossari, aut declarari, volumus, & quicunque id attentare præsumpserit, graues temeritatis pœnas luet;[a] intendimus tamen, vt ea interpretatio de huiusmodi Constitutionibus sumatur, quam de Iure communi sumi solere, traditũ est, vnde quamquam proprietatem verborum, vt potuimus, obseruauimus, & à quibuscunq; quantum fieri potest attendi velle, decernimus,[b] attamen mentem, & rationem cuiuslibet decreti, (præcipuè cum ratio scripta sit) spectari, & ex ea dispositionem, vtcunque pœnalem, potius ampliari, quàm arctari velle, declaramus:[c] Neq; enim nostræ intentionis fuit, pœnas in subditos nostros, quos tanquam filios diligimus, infligere, sed quemadmodum Ius diuinum, dignitatem Ecclesiæ, Christianæ Reipublicæ honestatem, & gregis vtilitatem præcipue nobis proposuimus, & vt id obseruetur, etiam in dilectissimos filios animaduerti, tametsi dolentes, constituimus, ita, vt ea ratio intacta maneat, singulorum incommodum haud multum perpendi volumus.[d] Quocirca non tantum in themate, sub masculino genere concepto: fœminas quoq; quoties natura rei, de qua agitur permittit, comprehendi,

† c. fin. 18. dist.

a l. fin. §. hoc autem, & § seq. C. de veter. Iur. emul.

b l. non aliter in princ. de leg. 3. l. 2. vbi Doct. C. de nexal. & l. cum lege vbi Aret. de testam.

c l. cum mulier vbi Alex. 5. not. ff. sol. matr. c. si Ciuitas §. 1. in princ. vbi Domin. de sent. excom. in 6.

d glos. in cap. sciant cuncti in verb. alios. & ibi Dom. de elect. in 6. cum alijs, ad doct. à Dec. in reg. factum §. in pœnalibus num. 12. & 14. de reg. Iur.

e l. 1. vbi Bar. & Doct. de verb. sign.

f arg. c. Romana in princ. de appell. in 6.

di, & alios quoscunq; intellectus de Iure congruentes, haberi, [e] sed & vbicunq; pœnas, & facultates nobis, ac nostro arbitrio, disponitur, esse reseruatas, eas etiam nostro generali Vicario, eiusq; arbitrio reseruatas intelligi, [f] & vbi nulla pęna statuta est, semper arbitratu nostro, vel eiusdem nostri Vicarij constitui posse decernimus, & declaramus.

De Synodo & Ecclesiastico Magistratu Cap. XXXIX.

a c. 2. 3. 4. & pen. 18. dist. c. sicut de accus.

b sess. 24. de reform. cap. 2.

SAcrorum Canonum placitis, [a] & Tridentini Concilij, [b] iussui ob temperantes, Synodum Dięcęsanam quotannis feria secunda post tertiam Dominicam post Pentecosten in nostra Cathedrali Ecclesia, Deo dante, celebrandam, indicimus.

c propter. ead. 18. dist. d. c. sicut. de accus. c. 7. 38. dist.

2 Quo tempore Parochi omnes, quicquid in sua Parochia contra Canonicas sanctiones, & has Synodales Constitutiones admissum fuisse, diligenter, prout eis iniungimus, perlustrauerint, ad nos, seu nostrum generalem Vicarium, opportuna adhibituros remedia, exactè & fideliter scriptis referant. [c]

3 Nolumus in Synodo vllam controuersiam, neq; quidem ratione præcedentiæ inter Clericos exoriri, vnde si quem suo loco & gradu fortè non incedere, aut sedere, contigerit, nullũ propterea, volumus, cuipiam Ius acquiri, sed omnia in pristino statu pmanere debere, sancimus.

d iuxt. c. Episcopus, & seq. ead. 18. dist.

4 Iudices, ad quos accusationes, & querelę, ad nos in Synodo delatæ, exponendę sunt, & absentium excusationes, si quę fuerint deferendæ, [d] deputauimus.

Admodum R. D. Octauium Fasolum Subcantorem.

Admodum R. Dominicum Pisanum Canonicum.

Iudices

5 Iudices Synodales, quibus causæ iuxta Bonifacij viij. Constitutionem, [e] & Concilij Tridentini [f] præscriptum etiam ab Apostolica sede commicti valeant, nominamus.

e cap. statutum de rescr. in 6.
f sess 25. de refor. c. 10.

Admodum R. Hieronymum Draconettum Decanum.
Adm. R. Fabium Merendam Cantorem.
Adm. R. Io. Bernardinum Dauid Archidiaconum.
Adm. R. Octauium Fasolum Subcantorem.

6 Testes Synodales, qui iuxta sacrorum Canonum, [g] & Innocentij Constitutionem [h] ea quę in Vrbe & Diœcesi nostra correctione, & emendatione indigeant, ad nos, in Synodo pręcipuè deferant, deputamus, Videlicet,

g c. Episcopus in Synodo 35. q 6. c non debere 80. dist.
h c. sicut. de accus.

In Vrbe.

Adm. R. Io. Franciscum Pipernum Canonicum,
Adm. R. Petrum Paulum Auersana Canonicum,

In Regione Cumana.

Reu. D. Oliueriũ Margionẽ Parochũ Sanctę Annę Iuliani,
R. D. Pompilium Pagliuca Parochum Casalis Principis,

In Regione Atellana.

R. D. Paulum Caserta Parochum Caiuani,
R. D. Petrum de Angelo Parochum Frattæ Maioris.

7 Omnia autem, in hac nostra Synodo statuta, ea, quę decet reuerentia, Sanctæ Romanæ Ecclesię iudicio, & correctioni subijcimus, & quousque ab ea (quod non credimus) reprobata non fuerint, omninò seruanda post mensem à die publicationis esse, mandamus.

8 Quę quidem sunt, quę in hac Synodo magis opportuna, ac necessaria, vobis edicenda esse, censuimus; Cętera verò, quę vlterius correctioni, & reformationi conuenire videbuntur, ea Visitationibus, alijsq; Synodis, & specialibus edictis, Deo auctore curabuntur: Interim vobis omnibus Pastoralem benedictionem impartimur.

LAVS DEO.

Index Capituum.

CON-

CONSTITVTIO LEONIS X. IN CONCILIO LATERANENSI EDITA:

Leo Episcopus &c. Sacro Approbante Concilio. Supernæ dispositionis arbitrio &c.

ET cum omnis ætas ab adolescentia prona sit ad malum, & à teneris assuefieri ad bonum magni sit operis, & affectus: statuimus, & ordinamus, vt Magistri scholarium, & præceptores pueros suos, siuè adolescentes, nedum in grammatica, & rethorica, ac cæteris hmoi erudire, & instruere debeant: verùmetiam docere teneantur ea, quæ ad religionem pertinent; vt sunt præcepta diuina, articuli fidei, sacri hymni, & psalmi, ac sanctorum vitæ, diebusq; festiuis nihil aliud eos docere possint quam in rebus ad religionem, & bonos mores pertinentibus: eosq; in illis instituere, hortari, & cogere, in quantum possunt, teneantur, vt nedum ad Missas: sed etiam ad Vesperas: diuinaq; officia audienda, ad Ecclesias accedant; & similiter ad prædicationes, & sermones audiendos impellant, nihilq; contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat; eis legere possint:

Circa eruditionem puerorum.

Ad abolendam verò execrabilem blasphemiam, quæ in maximum Diuini numinis, & Sanctorum contemptum supra modum inualuit, statuimus, & ordinamus, vt quicunquè Deo palam, seu publicè maledixerit, contumeliosisque, aut obscenis verbis Dominum nostrum Iesum Christum, vel Gloriosam Virginem Mariam eius Genetricem expressè blasphemauerit, si munus publicum, iurisdictionemue gesserit, perdat emolumenta trium men-

Contra blasphemos.

fium pro prima, & secunda vice dicti Officij, si tertiò deliquerit, illo eo ipso priuatus existat: Si Clericus, vel Sacerdos fuerit, eo ipso quod de delicto huiusmodi fuerit conuictus, etiam beneficiorum, quæcumque habuerit, fructibus applicandis, vt infra, vnius anni mulctetur, & hoc sit pro prima vice, qua blasphemus ita deliquerit; Pro secunda verò si ita deliquerit, & conuictus, vt pręfertur, fuerit, si vnicum habuerit beneficium, eo priuetur, si autem plura, quod Ordinarius maluerit, id ammittere cogatur; Quod si tertiò eius sceleris arguatur, & conuincatur, dignitatibus, & beneficijs omnibus, quæcumque habuerit, eo ipso priuatus existat, ad eaque vlterius retinenda, inhabilis reddatur, liberè impetrari, & conferri possint. Laicus verò blasphemans, si nobilis fuerit, pœna 25. ducatorum mulctetur, & pro secunda vice 50. Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe applicañ, & alijs, vt infra deducitur; pro tertia verò nobilitatem prodat: Si verò ignobilis, & plebeius fuerit, in Carcerem detrudatur; quod si vltra duas vices publicè blasphemans depræhensus fuerit, mitra infami integram diem ante fores Ecclesiæ principalis mitratus stare cogatur; Si verò pluries in hoc ipsum peccatum lapsus sit, ad perpetuos carceres, vel ad triremes damnetur ad Iudicis deputati arbitrium: In foro verò conscientiæ, nemo blasphemiæ reus absq; grauissima pœnitentia; seueri Confessoris arbitrio iniuncta, possit absolui. Qui verò reliquos Sanctos blasphemauerit, arbitrio Iudicis rationem personarum habituri, mitius aliquanto puniri, volumus, statuimus etiam, vt sęculares Iudices, qui contra tales, blasphemiæ conuictos, non animaduerterunt, eosq; iustis pęnis minime affecerint, quantum in eis fuerit, quasi eidem sceleri obnoxij, eisdem quoq; pęnis subiciantur: Qui verò in illis inquirendis, puniendisq; diligentes, & seueri fuerint,

Hoc et alia habentur in Bulla Pii V. contra Blasphemos, quae legi poterit in pag. 40. Appendicis Synodi Asculanae Picenae an. 1668. =

fuerint, pro qualibet vice decem annorum Indulgentiam consequantur, & tertiam partem mulctæ pecuniariæ habeant: quicumque verò blasphemantem audierint, eum verbis acriter obiurgare teneantur, si citra periculum suum id fieri posse, continget, eumdemq; deferre, aut notificare apud Iudicem Ecclesiasticum, seu secularem intra triduum debeant; quòd si plures dictum blasphemantem simul audierint, singuli eum accusare teneatur, nisi forte omnes conuenerint, vt vnus pro cunctis tali fungatur officio. Quos omnes in virtute sanctæ obedientiæ hortamur, & monemus in domino, vt pro diuini nominis reuerentia, & honore in suis dominijs, ac terris premissa omnia seruare, & exactissime exequi mādent, ac faciant, vberrimam ab ipso Deo tam boni, ac pij operis mercedē habituri; similemq; annorum decem Indulgentiam ab Apostolica sede consecuturi, eum tertia parte mulctæ, qua dictus blasphemus plectetur, quoties tale scelus puniendum curauerint: quam quidem Indulgentiam, & reliquam tertiam partem mulctæ accusatori, blasphemi nomen deferenti, similiter concedi, & assignari volumus, alijs pœnis contra hmōi blasphemos per sacros Canones expressis nihilominus in suo robote manentibus &c.

Contra Clericos non recitantes Diuinum Officium.

Statuimus quoq;, & ordinamus, vt quilibet, habens beneficium cum cura, aut sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorum fructus suos non faciat pro rata omissionis recitationis officij, & temporis, sed eos tanquam iniuste preceptos in fabricas hmōi beneficiorum, vel pauperum eleemosinas erogare teneatur. Si verò vltra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permānserit, legitima monitione precedente, beneficio ipso priuetur, cum propter officium detur beneficium. Intelligatur autem, officium omittere

quò

quò adhoc, vt beneficio priuari possit, qui per 15. dies illud bis saltem non dixerit, Deo tamen, vltra premissa, de dicta omissione reddituri rationem: Quæ pęna in habentibus plura beneficia reiterabilis toties sit, quoties contra facere conuincatur, &c.

Cõtra sortilegia, &c. exercentes.

Et cum secundũ leges Ciuiles, & sacrorum Canonum censuras sortilegia per inuocationem Dęmonum, incantationes, diuinationes, ac superstitiones prohibitæ sint, statuimus, decernimus, & ordinamus, vt Clerici, qui in pręmissis culpabiles inuenti fuerint, arbitrio superiorum infamia notentur, si verò non destiterint, deponantur, atq; in Monasterium ad tempus, arbitrio superioris prefiniendum, detrudantur, beneficijsq; & officijs Ecclesiasticis priuetur, laici verò vtriusq; sexus excommunicationis, & alijs pœnis iuris tam Ciuilis, quàm Canonici subiaceant &c. Nulli ergo &c.

Dat. Romæ in Publica sessione in Lateranẽ sacro sancta Basilica solemniter celebrata, Anno &c. 1514. 3. Non. Maij Pont. Nostri Anno secundo.

11 Constitutio Pij V. circa diuinum cultum obseruandum, &c.

PIus Episcopus &c. cum primum Apostolatus officiũ, diuina nobis dispositione commissum, suscepimus, statim omnem curam, & cogitationem nostram in Dominici gregis, fidei nostræ crediti, salute defiximus, & Christifideles, Deo iuuante, Ita dirigere statuimus, vt à vitijs, & peccatis abstinentes, iter, quod ad vitam æternam ducit, insistant. Cum autem ad omnia, quæ diuinam maiestatem aliquo modo possent offendere, amouenda, mentis nostræ aciem intenderimus, ea primum, & sine mora emendare decreuimus, quæ Deo præter cætera displice-

re,

re, & iram prouocare, cum diuinæ docent scripturæ, cum grauissima exempla declarant, nempe diuini cultus neglectum, simoniæ labem, blasphemiæ crimen, & libidinis naturæ côriç vitium execrandum propter quæ populi, & nationes bellorum, famis, & pestilentiæ calamitatibus iusta Dei vltione sæpe plectuntur; Et si autem contra eos, qui tam grauia crimina admiserint, multæ à predecessoribus nostris constitutiones æditæ fuerunt, tamen quia parum est, leges edere, nisi sint, qui eas debitis temporibus exequantur, Idcirco nequi forsan ex tolerantia sperare impunitatem audeant, scientes plerosq; pœnarum grauitate magis, quam Dei timore arceri solere à voluntate peccandi, omnes, & singulas sententias, censuras, & pœnas, contra eos, qui talia deliquerint, latas, confirmamus, & Apostolica auctoritate innouamus, nec de earum rigore quidquam relaxamus; admonemusq; omnes, qui talia perpetrare veriti non fuerint, non solum subituros eas pœnas, quæ sacris sunt Canonibus constitutæ, sed etiam quæ leges etiam ciuiles comminantur, & nostri quoque arbitrij discretio pro personarum qualitate constituetur &c. Vt autem pœnarum certitudo cunctis facilius innotescat, nonnullas hic duximus exprimendas, alijs nihilominus contra hmôi criminum reos à Iure statutis in suo robore manentibus.

Circa honorem Ecclesijs habendum.

Vt igitur Deo Optimo Maximo, Gloriosæ Viirgini, & Sanctis omnibus debitus honor deferatur Gregorij X. predecessoris nostri constitutionem † innouantes, ac statuta in Tridentino Concilio * obseruari volentes, statuimus, & ordinamus, vt ad Ecclesias sit humilis, & deuotus ingressus, quieta conuersatio, deuotis orationibus, insistant, & omnes genibus flexis sanctissimum Sacramentum adorent, ad nomen Iesu Christi Domini nostri cum exhibitione reuerentiæ caput inclinent, nullus in dictis

† *C. decet de immun. Eccles. in 6.*

* *Sess. 22. decret. de obseruat. & euict. in celebr. miss. vers. ab Ecclesijs, &c.*

Eccle-

Ecclesijs seditionem faciat, tumultum excitet, clamores moueat, impetumuè commictat, cessant vana, fœda, & profana colloquia, risus immoderati, & strepitus omnes Iudiciorum, & alia quæcumq; quæ diuinum officium perturbare possunt: Nullus intra Ecclesias deambulare audeat, siue presumat, dum celebrantur sacra missarum mysteria, & alia diuina officia. Qui vero prædicta petulanti animo contempserint, preter diuinæ vltionis acrimoniā, nostri quoque arbitrij pœnas incurrent, quæ omnia locorum Ordinarij in suis Ecclesijs facient obseruari. Quicumq; vero in Ecclesijs, dum ibi sacrificium Missæ, & diuina celebrantur officia, aut verbum Dei predicatur, deambulare, vociferare, aut verso tergo ad Sanctissimum Sacramentum irreuerenter sedere, aut aliquid, quod scandalum generet, aut diuina perturbet officia, facere presumpserit, pœnam, viginti quinque ducatorum incurrent, preter alias arbitrio nostro imponendas pœnas, & qui non habebit in ære, luet in corpore, aut in exilio mulctabitur. Qui verò in Ecclesijs cum mulieribus impudicis, siue etiam honestis colloquiū suerrile habuerit, aut alios inhonestos actus fecerit, viginti quinque ducatorum pœnam incurrat, & carceres per mensem. Qui in Ecclesijs, vt supra obscœnis, & inhonestis verbis, aut signis vsus fuerit, aut alia fœda colloquia cum personis quibuscūq; habuerit, decem aureorum pœna mulctetur, aut aliàs corporaliter puniatur.

Contra Rectores, &c. Ecclesiarum, non admonentes, &c. eosqui delinquūt in eisdem Ecclesijs.

Mandamus preterea omnibus, & singulis Cathedralium, Collegiatarum, & Parrochialium Ecclesiarum capitulis, Rectoribus, Vicarijs, Sacristis, Ostiarijs, & alijs ipsarum custodibus quatenus prefatos omnes, in Ecclesijs delinquentes, admoneant, & vt in eis vetita fieri non permittant, vel saltem ipsos, Ordinarijs, vel Officialibus nostris puniendos, deferant; quod si facere neglexerunt,

pœnam

pœnam duorum aureorum vice qualibet incurrent.

Pauperes quoq; mendicantes, seu eleemosinas petentes tempore missarum, prædicationum, aliorumq; diuinorum officiorum ire non sinant sed eos ad valuas Ecclesiarum stare faciant sub pœna duorum aureorum Capitulis infligenda pro qualibet vice, nisi eos eijeci, curauerint, & Parochis dimidij aurei. Religiosis etiam claustralibus, siue regularibus pręcipimus in virtute sanctæ obedientię, vt in Ecclesijs suis deputent aliquem, qui tales eijciat, &, si negligentes fuerint, grauissimi ab Ordinario corripiantur: quod si illi parere recusauerint, grauissimas pœnas incurrent, & pro qualitate personarum, etiam corporaliter punientur arbitrio nostro, siue superiorum.

Contra Pauperes mēdicantes in Ecclesijs.

Et vt in Ecclesijs nihil indecens relinquatur, ijdem prouideant, vt Capsæ omnes, & deposita, seu alia Cadauerum conditoria, super terram existentia omnino amoueantur, prout aliàs statutum fuit, & defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocentur.

Vt deposita Cadauerum amoueantur.

Cum vero dierum festorum obseruatio ad Dei Cultum maxime pertineat, & in lege diuina præcipiatur, cupientes, abusus prauos, qui ex eorum obseruantia inualuerūt, omnino corrigere, & antiquorum Canonum statuta renouantes mandamus, vt omnes dies Dominici, & precipuè in honorem Dei, Beatæ Mariæ Virginis, Sanctorum Apostolorum feriati cum omni veneratione obseruentur, & omnes in diebus præfatis Ecclesias frequentent, diuinis officijs deuotè intendant, ab omni illicito, & seruili opere abstineant, mercatus non fiant, profanæ negociationes, & Iudiciorum strepitus conquiescant. Qui verò, in diebus prefatis opus aliquod illicitum fecisse, deprę-hensus fuerit, preter diuinam vltionem, & amissionem animalium, quibus ad vecturam vtetur, etiam graues pœnas incurret arbitrio nostro, seu Vicarij nostri in Vr-

Circa obseruationem dierum Festorum.

R be,

be, in alijs autem locis arbitrio ordinariorum, vel aliorum Magistratuum, ita vt præuentioni locus sit. Quibus omnibus distinctè præcipimus, vt hæc diligenter obseruari, procurent; illas etiam festiuitates, quæ iuxta consuetudinem locorum solemniter celebrari, consueuerunt, iuxta laudabilem consuetudinem debita cum reuerentia obseruari faciāt, sub pœnis arbitrio ipsorum imponendis, & moderandis.

Contra Simoniacos. † *Extrau. cum detestabile de Simon.*

Et vt Simoniacæ prauitatis labes prorsus aboleatur, Constitutiones antecessorum nostrorum contra Simoniacos editas, & presertim Pauli II † inuiolabiliter obseruari mandamus, & delinquentes tam in Sacrorum ordinum susceptione, quam in beneficiorum assecutione, statutis etiam inferius pœnis, nostra authoritate affici volumus. Quicumq; igitur detestabile crimen simoniacæ prauitatis commisisse; conuictus fuerit; in consequendis ordinibus, eo ipso sit ab illorum executione per decennium sine spe dispensationis suspensus, & per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates Ecclesiasticas simoniacè acquisierit, illis sit ipso Iure priuatus, & in futurum in habilis ad eas, & quascumque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium Ecclesiasticum simoniacè adeptus fuerit, illis similiter sit ipso iure priuatus, & ad fructuum omnium, quos perceperit, restitutionem teneatur, & perpetuo sit inhabilis ad ea, & quęcumque alia beneficia Ecclesiastica obtinenda. Si quis autem, tale crimen pluries commisisse, conuictus fuerit, præter supradictas pœnas, etiam corporaliter puniatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis degradatus à fidelium consortio ejiciatur. Qui verò ordines, & beneficia simoniacè contulerint pęnis à Iure statutis puniantur, cuiuscumque gradus, conditionis, & dignitatis etiam si Episcopi, Archiepiscopi, vel maiores fuerint. Caueant prætcrea quicumque, ne

in

in Sacramentorum exhibitione simoniacum aliquid faciant, alioquin grauissimè puniantur per locorum Ordinarios, qui huiusmodi criminis reos cum maxima seueritate coercere procurent iuxta Concilij Tridẽtini statuta.

Ad abolendum verò nefarium, & execrabile blasphemiæ scelus, quod in antiqua lege Deus morte puniri mandat, & imperialibus quoque legibus receptum est, nunc autem propter nimiam Iudicum in puniendo segnitiem, vel potius desuetudinem, supra modum inualuit, Leonis X. predecessoris nostri in nouissimo Lateranensi Concilio statuta † Innouantes decernimus, vt quicumque Laicus Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum, vel Gloriosam Virginem Mariam eius genitricem expresse blasphemauerit, pro prima vice pœnam vigintiquinque ducatorum incurrat, pro secunda pœna duplicabitur, pro tertia autem centum ducatos soluet, & ignominia notatus, exilio mulctabitur. Qui verò plebeius fuerit, nec erit soluendo, pro prima vice, manibus post tergum ligatis, ante fores Ecclesiæ constituetur per diem integrum, pro secunda fustigabitur per Vrbem, pro tertia, lingua ei perforabitur, & mittetur ad Triremes. Quicumque Clericus in hoc blasphemię crimen incurrerit, pro prima vice fructibus vnius anni omnium, & quorumcumque beneficiorum suorum; pro secunda beneficijs ipsis priuetur; pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quod si Clericus nullum obtinuerit beneficium, pęna pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur, pro secunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad Triremes mittatur. Qui reliquos Sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemiæ, atque personæ arbitrio Iudicis puniatur.

Contra Blasphemos.

† Supra Constit. I.

Si quis crimen nefandum contra naturam, propter quod ita Dei venit in filios diffidentiæ, perpetrauerit,

Contra Sodomitas.

R 2 Cu-

Curiæ Seculari puniendus, tradatur, &, si Clericus fuerit, omnibus ordinibus degradatus, simili pęna subicijatur.

Contra Concubinarios.

Monemus preterea omnes locorum Ordinarios, & in virtute Sanctæ obedientiæ eis præcipimus, statuta Tridentini Concilij, contra Concubinarios, tàm Clericos, quam Laicos edita, districtè faciant obseruari, reddituri Deo, ac nobis, si id omisserint, rationem.

Modus procedendi in delictis de quibus supra.

Et vt premissorum delictorum simoniæ, blasphemiæ, ac stupri nefandi notitia facilius habeatur, volumus, quod singulis Casibus non solum per accusationem, & inquisitionem, sed etiam ad simplicem, & secretam denunciationem procedatur per quoscumque Iudices, alias tamen de Iure competentes, tam ratione delicti, quam personarum, ita quod inter eos sit locus præuentioni: Monemus præterea omnes, & singulos, vt solum Dei timorem præ oculis habentes, & non alia animi praua affectio ne ducti, culpabiles tantum deferāt, innocentes non vexent; Quod si aliqui, ex calumnia, aliquos denunciasse, comperti fuerunt, eos ad pęnā talionis teneri, volumus, & mandamus. Mulctę autem pecuniariæ applicabuntur pro duabus partibus locis pijs arbitrio nostro in Vrbe, extra verò Ordinariorum, pro tertia accusatori, qui delinquentes detulerit.

Mandamus autem Principibus, Comitibus, & Baronibus omnibus S. Romanæ Ecclesiæ feudatarijs, sub pęna priuationis feudorum, quæ ab Ecclesia Romana obtinent, Reliquos verò Principes Christianos, & Terrarum Dominos hortamur in Domino, & in virtute Sanctę obedientiæ mandamus, vt pro diuini nominis reuerentia, & honore præmissa omnia in suis dominijs, ac Terris exactissimè seruari, faciant vberrimam ab ipso Deo mercedem tam boni operis recepturi.

Non obstañ, &c. Nulli ergo, &c. Datum Romæ, &c. Anno, &c. 1566. Kal. April. Pont. Nostri Anno Primo.

Alia

Alia Constitutio Pij V.

PIus Episcopus &c. Ex proximo Lateranensi Concilio † pia, & salubris sanctio emanauit, vt quicumque habens beneficium Ecclesiasticum cum cura, & sine cura, si post sex menses &c. Verumtamen multorũ animi suspensione tenentur, & cuiusmodi ratæ prædictæ ratio habenda sit, Nos huic rei euidentius, atq; expertius prouidere volentes, statuimus, vt qui horas omnes Canonicas vno, vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficij, seu beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur, qui vero matutinum tantum dimidiam, qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam, qui harum singulas, sextam partem fructuum eiusdem diei amittat, tametsi aliquis, Choro addictus, non recitans omnibus horis Canonicis, cum alijs præsens adsit, fructusq;, & distributiones, forte aliter assignatas, sola pñtia iuxta statuta, consuetudinem, fundationem, vel aliàs sibi lucrifecisse, prætendatur. Item illc, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum, intelligat, admisisse. Declarantes, præstimonia, præstimoniales portiones, & qualiacumque alia beneficia, etiam nullum omnino seruitium habentia, obtinentes, cum prædictis pariter contineri. At quicumque pensionem, fructus, & alias res Ecclesiasticas, vt Clericus, percipit, cum modo predicto ad dicendum officium paruum Beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatum, & pensionum, fructuum, rerumq; ipsarũ amissioni obnoxium Nulli ergo &c. Dat. &c. Anno 1571. 12. Kal. Octobris. Pontif. Nostri anno 6.

† *Supra Constit. I. vers. statuimus quoque.*

Contra Clericos non recitantes diuinum officium.

Alia

Alia Conſtitutio Pij V.

Vt Confraternitates Doctrinæ Chriſtianæ erigantur.

PIus Papa Quintus. Ex debito paſtoralis officij &c. Nos igitur attendentes, quod infantes, & pueri bonis moribus, & exercitijs educati, quaſi ſemper vitam pudicam, honeſtam, & exemplarem, & aliquando ſanctam agunt, èconuerſo autem, qui Parentum Carentia, ſeu paupertate, aut incuria, vel ignauia non ſic educati per ſæpè ducuntur in exitium, & quod peius eſt, ſecum ducunt plures in interitum; Vnde ſi diligenter educati, & in doctrina Chriſtiana inſtructi fuerint, à vitijs, & multis alijs erroribus retraherentur &c. Cupientes igitur tàm pio, tamq; laudabili operi viribus totis fauere, & animas lucrifacere creatori, ex certa noſtra ſcientia vniuerſos, & ſingulos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos cęterosq; Eccleſiarum Prælatos, & locorum quorumcumq; Ordinario, vbilibet conſtitutos, præſentes, & futuros rogamus, & hortamur attentè, eis, ac eorum in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarij, ſeu Officialibus generalibus per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus hoc opus ſanctiſsimũ toto pectore amplectentes, aliquas Eccleſias in ſuis Ciuitatibus, & dioeceſibus reſpice, ſeu loca honeſta, in quibus præfati infantes, & pueri ad audiendum doctrinam Chriſtianam conuenire poſsint, deputent, & viros ad id idoneos vita, & moribus approbatos, qui diebus ſaltem Dominicis eoſdem infantes, & pueros, ac alias perſonas diuinæ legis expertes in articulis fidei, & præceptis ſanctæ Matris Eccleſiæ inſtruant, confirment, & eligant, atq; tot ſocietates, ſeù Confraternitates, quot ad hoc tam ſanctiſſimum opus exercendum eis oportunè videbuntur, inibi auctoritate noſtra erigant, & inſtituant. Nos enim, vt promptius, & alacrius ad hanc curam ſubeundam omnes Chriſtifideles afficiatur, & eò libentius curam ſuſcipiant,

quò

quò ex hoc cœlestis gratiæ conspexerint, se vberius refectos: De omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus, & singulis vtriusq; sexus Christifidelibus verè pœnitentibus, & confessis, seu statutis à Iure temporibus firmum confitendi propositum habentibus, qui in aliqua dictarum Societatum, seu Confraternitatum vbilibet cōstitutarum intrauerint, & adscripti fuerint, illis v3. tam qui alios docuerint, quam qui ab alijs in articulis fidei, & præceptis Ecclesiæ huiusmodi instructi fuerint, quotiescumq; in præfato sanctissimo exercitio se occupauerint, quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentijs authoritate Apostolica tenore præsentium misericorditer in Domino relaxamus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris &c. Dat. Romæ &c. Die 6. Octobris 1572. Pont. Nostri Anno 6.

Constitutio Gregorij XIII. V

Ampliatio Indulgentiarum Confraternitatibus Doctrinæ Christianæ concessarum.

GRegorius Papa XIII. &c. Illius, qui pro gregis Dominici saluatione in ara Crucis imolari non abnuit &c. Cum itaq; sicut nuper accepimus, dudum fœl.recor. Pius Papa V. prædecessor noster per suas literas omnibus, & singulis vtriusq, sexus Christifidelibus tunc expressis, qui essent descripti in societatibus, seu Confraternitatibus ad pueros, & aliòs Christifideles rudes in bonis moribus, & doctrina Christiana erudiendos in quocumque loco deputatis, seu deputandis, ac pueros, & Christifideles rudes huiusmodi in preminis bene instruerent, & qui ab eis instruerentur in eisdem certis diebus, & temporibus, tunc expressis quadraginta dies de iniunctis eis pœniten tijs Apostolica auctoritate relaxauerit, prout in dictis litteris, quas idem prædecessor perpetuò valere decreuit, ple-

plenius continetur. Nos tam pium, & nunquam satis laudandum opus amplioribus etiam gratijs, & spiritualibus muneribus prosequi volentes, dictos quadraginta dies ad centum dies auctoritate apostolica tenore præsentium extendimus, & ampliamus, ita quòd personæ supradictæ premissa adimplendo, non solùm dictos quadraginta dies sed centum dies Indulgentiæ prefatis diebus, & temporibus, vt prefertur in totum consequantur, & consequi possint, Presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis &c. Dat. Romæ &c. Die 21. Octobris 1572. Pontificatus Nostri Anno I.

VI

Alia Xisti Quinti.
Contra contrahentes Societates ad Capitale saluum.

Causa constitutionis, & casus ob quos constitution emanata est narrantur.

XIstus Episcopus, &c. Detestabilis auaritiæ ingluuies, &c. Nam multi speciosum, & honestum societatis nomen suis fœneratitijs contractibus prætexendo, hoc quasi colore, & fuco, mercatoribus, opificibus, negotiatoribus, & alijs personis super eorum mercibus, officinis, tabernis, pannarijs, alijsque rebus, ac bonis, pecunias suas, aut alias res societatis nomine conferunt, vel greges, armenta, aut certa animalia agricolis, seu terrarum cultoribus, pastoribus, & alijsque rusticis, seu quibusuis personis dant in societatem, siue ad soccidam, vt vocant, ea conditione, vt sors ipsa, seu caput, quod vulgò dicitur, capitale, tam pecuniarum, quam animalium, & rerum saluum semper, & integrum existat pro eo, qui non industriam, aut, operas, sed pecunias animalia, aut res huiusmodi in societatem confert, vtque omne periculũ, & damnum ab altero socio recipiente substineatur, contra æquitatem, & societatis iustitiam diuersimodè paciscuntur

Del contratto che si dice dè tre contratti di società, assicuraz. del capitale e di frutti pr. lecito: vedi del Sinodo Benev. di Orsini Diocesano XXXVI. dell' an. 1721 nell' Appendice Editto 50 pag: 60.

tur

tur, &c. Simulque etiam certam lucri quantitatem, & summam, veluti, & tot pro quolibet centenario in singulos annos, aut menses per alterum socium, durante societate, soluendam, præfiniunt, ac præscribunt, eamque summam, & quantitatem non subdictis rationibus accepti, & expensi, quod in Codices, seu tabulas societatis referri solet, neque facto calculo, vel computo pro ipsius lucri, vel damni modo variabilem. sed laborem, & curã computandi, & calculandi se inuicem remittere, & renunciare afferentes, quouis tempore certam constituunt.

Societas ad capital saluum contra Iustitiam Societatis exprimitur.

Proinde nos, &c. hac nostra perpetuò valitura constitione damnamus, & reprobamus omnes, & quoscunque contractus, conuentiones, & pactiones, post hac ineundos seu ineudas, per quos, seu quas cauebitur personis, pecunias, animalia, aut quaslibet alias res societatis nomine tradentibus, vt etiam si fortuito casu quamlibet iacturã, damnum, aut amissionem sequi, contingat, sors ipsa, seu capitale semper saluum sit, & integrum à socio recipiente restituatur, siue vt de certa quantitate, vel summa in singulos annos, aut menses, durante societate, respondeatur statuimusq; huiusmodi contractus, conuentiones, & pactiones, vsurarios, & illicitos posthac censeri debere, atq; in posterum non licere ij, qui pecunias, vel animalia, aut alias res in societatem tradent, de certo lucro, vt prefertur, percipiendo inter se pacisci, & concordare, atque etiam siue ad certum, siue ad incertum lucrum conuenerint, socios, qui ea recipient, ad sortem, seu capitale saluum, & integrum, vbi illud casu fortuito perierit, vel animosum erit, reddendum quouis pacto, aut promissione sibi obligare, ac ne de cætero societates ineantur sub huiusmodi pactis, & conditionibus, quæ vsurariam prauitatem sapiunt, districtè interdicimus, & prohibemus.

Fructus Societatis incertos taxari ad certam summam, improbatur.

Contractus quo qui dat capitale semper illud saluum habeat licet fortuito casu perierit, aut ei fructus dicti Capitulis taxati ad certã summam prestandi sine prohibetur.

Sed potius cuncti nouerint, societates huiusmodi, cum in

Forma contrahendorum Societatum præscribitur.

in posterum vnus pecuniam, animalia, aut alias res, & bona alter verò operam, vel industriam confert, pure, sincere, & bona fide, sicut decet iustis, & æquis conditionibus, & pactis secundum iuris dispositionem, ac sine vlla prsus fraude palliatione, aut vsurariæ prauitatis labe, aut suspicione Ineundas, seu contrahendas esse, itaut non ad certam summam, & quantitatem ab omni periculo. & dãno, vt prefertur, imunem lucri nomine persoluendam, neque ad capitale, si casu fortuito perit, restituendũ, socius accipiens teneatur, si verò finita societate ipsum capitale extat, ei, qui illud in societatem contulerit, restituatur, nisi socio recipienti fuerit communicatum, aut aliter inter ipsos contrahentes super eo legitimè conuentum sit, ac propterea ijdem contrahentes, fructus, expensas, & damna in commune conferant, &, prout æquum, & iustum fuerit, sibi communicent, atq; diuidant:

Contractus preter supradictam formam facti nulli pronunciantur.

Decernentes siqui contractus, conuentiones, & pactiones in futurum contra nostram huiusmodi prohibitionem de facto initi fuerunt, nullam ex eis, tanquam per hanc eandem constitutionem nostram damnatis, & reprobatis, etiam si Iuramẽto, aut in forma Cameræ Apostolicæ, vel alias quomodolibet roborati fuerint, obligationem ciuilem, aut naturalem oriri, nullamq; actionem realem, aut personalẽ, aut officium Iudicis neq; aliud quodcumq́, Ius cuiquam competere, neque quò ad sortem, seu capitale integrum recuperandum, quod casu fortuito perierit, aut amissum erit, neq; quò ad certas summas, & quãtitates in singulos annos, aut mẽses lucri socialis nomine prominas

Poena contra transgressores statuuntur.

Si qui verò in posterum sub prædictis conditionibus, & pactis contrahere temere præsumpserit, aut pretextu similium contractuum, conuentionum, & pactionum societatis nomine initarum, qui hucusq; durant, ad exactionẽ dictæ sortis, seu capitalis, siue illius prçcij, & valoris, post

quam

quam illud in toto, vel in parte casu fortuito perierit, aut amissum erit, aut certæ summæ, vel quantitatis annuæ, aut menstruæ, sibi promissæ in futurum procedere ausi fuerint, eos vniuersos, & singulos in pœnas contra manifestos vsurarios, & fœneratores, à sacris Canonibus, & Concilijs generalibus latas, & promulgatas eo ipso incurrere, & contra illos, vti manifestos vsurarios, & fœneratores via Iuris, alijsq; opportunis remedijs procedi posse, & debere: sicq; ab omnibus, &c. & ita &c. per quoscumq; Iudices &c.

Decretum irritans.

Mandamus verò vniuersis, & singulis locorum Ordinarijs per quascumq; prouincias, & Regna Christiani Orbis constitutis, & quibusuis nostris, & sedis Apostolicæ, etiam de latere Legatis, ac Vicelegati cœterisq; officialibus, præsertim Prouinciarum, & locorum status nostri Ecclesiastici, vt in suis quisque Ciuitatibus, Diœcesibus, prouincijs, & locis præsentem nostram constitutionē publicari, & inuiolatè obseruari, curent, & contra personas, quæ in futurum præter, & contra prohibitionem hanc nostram pacisci, aut exigere ausæ fuerint, tanquam publicos vsurarios, & fœneratores per uiam accusationis, vel denunciationis, aut inquisitionis, & ex mero officio, prout eis videbitur, procedant, rectosque culpabiles repertos condignis pœnis, vt supra dictum est, afficiant, inuocato etiam, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

Constitutionem publicari iubetur.

Modus procedendi contra Transgressore traditur.

Non obstantibus quarumcumq; Ciuitatum, Prouinciarum, & locorum Iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis &c. priuilegijs quoquè, & indultis, & litteris Apostolicis &c.

Clausula derogatoria.

Dat. Romæ &c. Anno Incarnationis Dominice 1586. 12. Kal. Nouembris Pont. Nostri anno 2.

Index Materiarum, quæ in hoc Synodalium Constitutionum Volumine continentur

Bla-

Exa-

In

Dire-

T Quos

Olea

Nihil

F I N I S.

Regol: in Sac. Cong: Epo Brezzano 26 Jan: 1607.
circa celleg monialis laudat in Synodo Ca-
neti an: 1638 Tit: XXXIII. cap: XXVI pag: 171

Ad Cap: IX. nu: 3. pag: 15. =
Che questa consuetudine di non mangiar latticinj ne'
giorni delle vigilie sia universale, oltre a molti
Sinodi del nostro Regno, vi è Flavio Gualtieri da To-
lentino Dottor Teologo che nelle Annotazioni al
Panciroli intorno alle Cose perdute lib. I. al capo 51
pag: 252. dell' Ediz.e di Venezia del 1612. in 4o
dice = Quelli che vivono cattolica e cristianam.te
=si astengono dalla carne il Venerdi ed il Sabato
=la Quaresima e le vigilie di qualche santo
=determinato dalla chiesa, eziandio da' Latticinj
=ne' quali giorni non si mangia altro che,
=una volta il dì. = = = =